




# **Questiones magistri Joha[n]is versoris sup[ra] libros de celo et mu[n]do [et] supra libros metheoro[rum]**

<https://hdl.handle.net/1874/461675>



# Dit boek is gescand in het kader van het Incunabelen project.

Een incunabel of wiegendruk is een boek of geschrift dat gedrukt is vóór 1 januari 1501. Gezien de bijzondere aard van deze vroege gedrukte werken is besloten deze uitgebreid te beschrijven en te digitaliseren.

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/>

Bij deze boeken wordt ook de volledige buitenkant gescand en een scan gemaakt van het geopende boek. De hierna volgende scans zijn (in volgorde waarop ze getoond worden):

- het midden van het geopende boek\*
  - de rug van het boek
    - de kopsnede
    - de frontsnede
    - de staartsnede
    - het achterplat

\*Een deel van de banden in deze collectie bevatten meerdere titels, het is dus mogelijk dat de pagina's in deze overzichtsscan horen bij een andere titel.

## **This book has been digitized as part of the Incunabula project.**

An incunable or incunabulum is a book, pamphlet, or broadside that was printed before January 1st 1501. Due to their special nature a project has been started to better describe and then digitize these early printed works in our collection.

More information on this collection is available here:

<https://repertorium.library.uu.nl/collectie/incunabelen/>

The digitized version of these books includes scans of the outside of the book and a scan of the open book. The scans after this notice are (in the order in which they are shown):

- the open book (opened approximately in the middle)\*
  - the spine
  - the head edge
  - the fore edge
  - the bottom edge
  - the back board

\*Some of the bindings in this collection contain multiple titles, therefore it is possible that this scan shows pages which belong to a different title.

Liberal

Secundus

quata sub visibili includit visibile p accens qd no hz spem in visu. Sumit g terciu mo obiectu aliq potencie fm pncipalitate appropacoia qz scz obiectu tale est appropara t adeqta po tencie. Et sic dr illd obiectu aliq potencie cui sps est in potencia. t sic color est obiectu visus et quiditas rei material est obiectu intellctas. quia color mouet visum p ppria silitudine et etia no extedit se visus ultra colorz nec eotra color vltra visu m

Arguit Hoc est obiectu alicui potencie qd imutat potencia sz colorz omi imutat visum g no color qz accna no agut sine subiecto. Di cendū q dupliat aliqd imutat potencias. Uno mo qz est tota causa imutadi potenciam. t sic subiectu acceptu cu qualitate sensibili imutat potencia sicut colorzati visus. Alio mo dr ali quid imutare qz est pncipalis ro imutandi at teru t sic obiecta imutant potencias. t sic color est obiectu visus qz est pncipalis ro imutadi di visum

Arguit Nec iste color nec iste color est obiectu visus. g nec color erit obiectu visus qz ni hil est i genere qn sit in aliq spsz. Uel sic Nil lus color est obiectu visus g nec color qz ibi arguit ab vli negatia ad sua indiffinita. Di cendū q hic e fallacia figure dicitiois argueto a suppone psonali ad simplices vel a discreta ad simplice. Dz si dicat null color est obiectu visus. color suppoit psonalit cōsue. t h color est obiectu visus supponit simplicit. Et si dicat arguit ab vli ad indiffinita. Negadum est q ista ppositio color e obiectu visus sit idif finita sed e singlaris singlaritate nature sicut ista homo est dignissima creaturaz

Arguit In obiecto visus inueniunt plures p traritates. sed vni sensus e tm vna p trarite tas. t p pns visus no est vn sensus. pbat Dz inueniunt albu t nigrū. tenebrosū t lumino sus. Ddm pmo q tenebre no cōprehēdunt sub obiecto visus qz illd no cōtinet sub potē cia qd no immutat potencia neqz mouet potē cia. sed tenebre no mouet visus sicut silenciu no cōphendit sub obiecto audit. Secdo di cit q iste cōtrarietates sunt adinuicē redutibi les qz lumē reducit ad colorz albu. qz in albo est multa de lumie. Et tenebre reducunt ad co lozem nigz qz tenebre sunt puatio luminis.

Visibile ei e color

Postqz Aresto. distinxit duplex visibile. Hic cōsequit dēmiat de vtroqz. t pmo de manifesto visibili. i. colore. Secdo de inmanifesto. Et h ibi

V. Lumē dicitur ad vidēdū p p. colorz a p p modū

Non aut oia. Circa p mū intēdit istā conclusio/ nē q color fm se sit visibilis t nō videt si ne lumie exteriori. Propomt g p mū pte t di cit q color e visibilis p se non i prio mo. psci tatis sic q visibile sit de roe coloris. sz color e visibilis p se in qro mo pscitatis. Est ei qre mod qn subiectū hz in se cam qre p dicitū si bi ict sz sic e de colorz qz color hz i se cam qre e visibilis. Et h pbat i tertū qz aliqd e visibi le fm q est motiū dyaphani fm actū sz color fm se e motiū dyaphani fm actū. g e de se vi sibilis. Maior p z qz color ex h videt qz mo uet dyaphanū illūiatū et dyaphanū illūiatū mouet visum. Minor p z qz medio illūiatō diffundit colores. Et qz tertū p z qz sicut se hz visibile ad hoiem qd est ppria passio hois ita visibile ad colorz qd est ppria passio coloris. Addit tñ Aresto in tertū qz quis color fm se sit visibilis tñ no videt sine lumie t qz lumen recipit in dyaphāo. ido de lumie t de dyapha no dicendū est. Et qz tertū accipit q in eodez non e potēcia t act ex eode pncipio. qz potē cia sine pprietate orit ex pncipijs reit couenit sibi p se. Sz act p t orit ab aliq extrinseco. sic est de visibili t de videre qz visibile oritur et pncipijs intrinsec hois. Sz videre ex amiracione. Et sile est de mobilitate t de motu actuali. qz mobilitas oueit entī naturalī p se t id e illo fm q hmoi est scitēcia sed no de actuali motu.

Querit vtz lumē requiratur ad vidēdū p p colores aut p p mediū. Ddm q quis color fm se sit visibilis sine lumie non tamē videt actualit sine lumie quia oportet mediū esse illuminatū anteqz colores possunt se diffunde re ad mediū. Mouetur g talis questio. an lu men tale requiratur ad vidēdū p pter ipsos co lores sic scz q colores de se non sint visibiles nisi apponatur lumē l requiratur p p mediū sic scz q si mediū non sit illuminatū colores non diffundat se ad mediū. Est g mēdū q e du plex lumē in colorib. Unū est intrinsecū qd e de substantia coloris. Circa qd sciendū q co lor est qūitas sedā causata a lumiofo ignis et ex pspicuo aeris t aque t ex opaco terre. Dd no est sic intelligendū q iste qlitates p se veni ant ad ppositionē sine subiectis. Sed p hoc qz elemēta adinuicē miscētur etiā miscētur qlitas tes q sunt in elemētis. Exempli grā quādo mis cetur ignis aque t aeri tñc luminositas ignis etiā miscetur pspicuo aeris t aq et opaco fre. Qñ ei est multa de lumie in aliqua mixtione tñc est colorz alb. et qñ multum de opaco terre tñc est colorz niger sic tamē q iste qlitates non

De

Anima

manet fm substantiā sz fm sicut. Requirit ergo hoc lumē intrinsecū p pter colores qz cōstitū it colores formaliter sicut aia rōnalis requiratur p pter hoiez qz est p s constitutiua hominis. Aliud est lumē extrinsecū sine diffusū ab aliq corpe illuminare sicut e lumē solis t de tali qri tur. Et dr qz tale lumē simpliciter requirit p pter mediū t no p pter colores. Dd pbat duplr. Primo autoritate Aresto. in tertū vbi dicit. q color p se e visibilis. i. visibilitas ducit co lori fm se t nō ab extrinseco. Si ei color est vi sibilis p lumē. tñc visibilitas adueniret p aliqd accns extrinsecū. Secdo pbat qz vnaqueqz forma requirit ad disponēdū suū p pter sub iectū. h lumē extrinsecū est in dyaphano sicut in p dō subiecto ergo requiritur lumē extrinsecū p pter mediū. Et sic p z q color ex sua natura pot se diffundere. sz qz qz se no diffundit h e p pter indispōitionē mediū qd no est illuminatū. medio ergo illuminato statim diffunditur co lores. Et sic p z q lumē requiritur p pter mediū. Alij tñ dicit q lumē requiritur p pter colores. t h ideo qz dicit q color existens in aliquo sub iectō de se no possit mouere dyaphanū nisi exci tare a lumie exteriori. exterius ergo lumē req ritur ex parte colorū vt colores sint visibiles. Et simile ponit de intellectu t fantasmatibus quia sicut lumen intellectus agentis requiritur p pter fantasmata ita etiā requiritur lumē corpa le p pter colores. Sed istud e manifeste contra Aresto. qui dr q color est p se visibilis. qz iū se hz cāz vnde videt. Et sic q color se qnqz dif fundit t qnqz se no diffundit hoc est p pter me diū qd no recipit colorem nisi sit illuminatus. Fuenit tñ aliqui volentes cōcordare istas opi niones dicebāt q duplex eēt esse coloris scilicet esse p mū t substantiale t sic manifestū est q lu men extrinsecū no requirit p pter colores qz colores habent h esse in tenebris qz nisi sic ali quis adducens lumē extrinsecū de nouo face ret colores qd est falsū. Aliud e esse scdōz colo ris fm q est diffusus ad visum. t sic lumen ex trinsecū requirit p pter colores. Sz ista cocor dia no valet qz etiā capiēdo colores q ad esse scdōm. sic lumē extrinsecū no requirit p pter co lores qz etiā colores ex sua natura sp possunt se diffundere ad mediū nisi esset defectus ex p te mediū. ergo oportet q mediū sit illuminatū atqz diffundant se colores. Arguit. Color p se e visibilis g nō ad visibili tate cōiungere lumē extrinsecū. Ddm q vi sibile capif duplr. Uno mo fm p p pna e sig nificatioes scz fm q signi cat aptitudiez ad visi

bilitem. t sic color fm se acceptus est visibil sine lumie extrinseco. Alio mo accipit visibile improprie fm q importat actū visionis t sic color no est visibil sine lumie defectus em est ex pte mediū quo illuminato etiam colores dif fundit se t actu videt. Et simile pōt dari in alijs passionibus qz multa sunt entia habētia passiones naturales sed no hnt actum illarū nisi p aliqd extrinsecū. vt risibile cōuenit ho i ex sua natura t tamē actus vidēdi cōuenit ho mini p aliqd extrinsecū scz p admiratōez q ad miratio surgit ex aliq extrinseco. Simile est de corruptibili quia quis corpus mirū sit per se corruptibile no tñ corrumpit nisi p extrin secam qualitatem. Sic etiaz quis color hz se visibilis sit no tñ videt nisi p lumē extrinsecū. Arguitur. Sicut se habet lumē intellect ad fantasmata. ita se habet lumē extrinsecū ad colores. sed lumē intellectus agentis requirit ad intelligēdū p pter fantasmata. ergo lumē ex trinsecū requirit p pter colores. Ddm q in h e sile. qz sic lumē intellectuale requirit ad intel ligēdū ita lumē corpale requirit ad vidēdū. Sz i alio est diffusū qz lumē corpale requirit p pter mediū. sed lumen intellectuale requirit p pter fantasmata que cū sint spēs rerū picularū no pnt mouere intellectu nisi pns depurēt. tales g depurato sit p lumē itellect agēt. Sic autē no e de colore qz color etiā acceptus fm suā na tura adsqz depuratoe pōt mouere sensū. t sic no oportet ponere lumē corpale p pter colores vt lu mē intellectuale p pter fantasmata. Tū em fan tasmata sint de terciā specie qualitatis no pnt de se diffundere immaterialē ymaginem de pma specie qualitatis qual est species intelligibilis oportet ergo qz p intellectum agentē pmo depu rent. Sed obiectū visus t species visibilis sunt de vna specie qualitatis quis sint alteri modi. Arguitur. Stas i tenebris pōt videre il lū q stat i luce t no econtra. g lumē requirit p pter colores. Dd negado p niaz. pbat tñ qz no videt alia cā nisi qz colores illius qui stat i te nebris no excitāt sed colores illius qui stat in luce excitāt. Dd qz colores illi q stat i tene bria no diffundunt. h aut non est ex parte colo ris sed ex parte illi in quo immediate color re cipit scz ex parte mediū. ex quo em mediū circa illuz q stat in tenebris no est illuminatū ido colores no diffundit se ad tale mediū sed colo res illius qui stat in luce diffundunt se. t sic vi detur qz mediū e dispositū p diffusionē colo rā. Et si dicat stas i tenebris nō videbit illuz in luce qz mediū circa eum no est illuminatum

Dupl aliqd dicitur p pna

Hic dicitur p pna de corpali manifeste

et hoc no est p pna coloris h ab aliq qz actus h actus



B. fol.  
140

Rariora

Cm





Cm






Cm









Cm

B. fol.  
140

454. **Johannes Versor**, Quaestiones super Aristotelis libros de coelo et mundo. [Keulen, typis Theodorici (Molner) c. 1486]. 2o. B. 2o. 1401  
Typen 1, 3. — H\* 16045 (1). — VK 1226. — Met aanteekeningen in hs. Samengeb. met nr. 246, 454, 477 en 728. — In den catalogus van 1670.
477. **Lambertus de Monte Domini** (van 's-Heerenberg), Copulata in tres libros de anima Aristotelis. [Keulen, Hei. Quentell c. 1485]. 2o. B. 2o. 1403  
Typen 3, 5. — HC\* 11583. — BMC I p. 274. — Pell. 1209. — Pr. 1385. — VK 720. — Met marginale aanteekeningen in hs. Samengeb. met nr. 246, 454, 455 en 728. — In den catalogus van 1845.
455. **Johannes Versor**, Quaestiones super parva naturalia et de generatione et corruptione Aristotelis. [Keulen, typis Theodorici (Molner) impr. Conr. Welker von Boppard] 5 Maart 1488. 2o. B. 2o. 1404, 2  
Typen 1, 2, 3. — HC\* 16046. — BMC I p. 297. — C II 618. — Pr. 1455. — VK 1234. — Met aanteekeningen in hs. Samengeb. met nr. 246, 454, 477 en 728. — In den catalogus van 1845.
728. **Thomas de Aquino**, Tractatus de ente et essentia. [Keulen, Joh. Guldenschaff c. 1485]. 2o. B. 2o. 1405  
Typen 1, 2. — H\* 1500. — Peddie I p. 51. — VK 1169. — Zie over den drukker de aanteek. bij nr. 21. Samengeb. met nr. 246, 454, 455 en 477.
246. **Gerardus** (Terstegen) de Monte Dei, Commentatio circa Thomae Aquinatis de ente et essentia seu de quidditatibus rerum. Sequitur eiusdem tractatus ostendens concordantias dictorum Thomae Aquinatis et Alberti Magni. [Keulen, Theodoricus (Molner) c. 1485]. 2o. B. 2o. 1406  
Typen 1, 3 (70 m.M.). — C II 2662. — Peddie II p. 283. — Pr. (Suppl. I) 1456b. — VK 447.  
Uit het kapittel van S. Jan te Utrecht. — Samengeb. met nr. 454, 455, 477 en 728.







**I**nca incipium primi li

brice celo et mudo. Nota textu. De natura aut scientia fere plurima videtur circa corpora et magnitudines et circa horum principia existens motus et passiones.

**Queritur** Primo ubi scientia naturalis versetur circa corpora et magnitudines. Arguitur primo quod non quia mathematica versatur circa corpora et magnitudines ergo scientia naturalis non versatur circa corpora et magnitudines. tenet consequentia quia diverse scientie diverse considerant. Secundo sic multa cadunt sub consideratione scientie naturalis que non sunt corpora et magnitudines sicut sunt anima et materia prima motus orbium infinitum vacui et similia ergo scientia naturalis non est circa corpora et magnitudines ergo etc.

**In oppositum** est plus in primo huius libri de celo et mudo dicens de natura scientie fere plurima videtur circa corpora et magnitudines et horum existens passiones et motus. Pro responsione

**Sciend** Primo quod cum cognoscere arbitramur unumquodque cum causas eius cognoscimus et prima principia usque ad elementa. Unde sequitur quod in scientiis est processus ordinatus. Cuius ratio est quia processus scientificus est operis rationis cuius est ordinatus. Ideo in omni opere rationis est ordo secundum quem proceditur a priori ad posteriori et hoc apparet tam in ratione practica quam speculativa. Unde in consideratione rationis practice est quadruplex ordo. Primus est apprehensionis sicut artifex primo apprehendit formam domus abso-

lute deinde applicat eam ad materiam. Secundus ordo est intentionis sicut artifex totam domum perfecte intendit ratione cuius facit quatuor opera circa partes domus. Tertius est ordo compositionis sicut artifex prius colligit lapides et ligna antequam ex ipsis construat. Quartus est ordo sustentationis ut artifex prius facit fundamentum ut relique partes domus sustententur. Et istis ordinibus rationis practice respondet quadruplex ordo in ratione speculativa. Primus est quo proceditur a magis communibus ad minus communia qui respondet ordini apprehensionis. Nam universale se habet ut forma absoluta et abstracta. particulariter vero ut forma in materia. Secundus ordo est quod totum prius cadat sub consideratione rationis quam partes loquendo de partibus materialibus sive de partibus individui. Et iste ordo correspondet ordini intentionis. Tertius est quo ratio procedit a simplicioribus ad composita et iste ordo correspondet ordini compositionis. Quartus est quo ratio prius considerat principales partes sicut cor vel epa in animali quam partes minus principales. Et iste ordo correspondet ordini sustentationis.

**Sciendum** Secundo quod in processu naturalis scientie iste quadruplex ordo reperitur. Nam prime determinatur communia sicut in libris physicorum ubi determinatur de ente mobili in communi. sed in alijs libris applicantur illa communia ad subiecta propria illorum motuum. Et quia subiectum motus est magnitudo vel corpus quia nihil movetur nisi corpus quantum id illa communia applicantur ad corpora et magnitudines. sed tamen in corporibus necessario reperitur alij tres ordines. Primus est quod totum unum primum cadat sub consideratione quam sue partes. Secundus est secundum quem inter corpora simplicia prior considerantur quam composita. Tertius vero secundum quem inter corpora simplicia principalis corpus quod est corpus celeste prius cadit sub consideratione. Et iste triplex ordo in hoc libro de celo et mudo reperitur. Nam prius in eo agitur de toto universo et de partibus sive de conditionibus eius quam de partibus unius et hoc in primo libro. De tractatu de partibus universi que sunt corpora simplicia agitur de ipsis simpliciorum ratione quam in alijs libris. Nam hic considerantur in generaliter sunt mobilia ad ubi et motus ad ubi est simplicissimum ut de octavo physicorum. Determinando ergo de corporibus simplicibus prius agitur de principali corpore scilicet celo donec cuius Aristoteles in principio huius libri ponit divisiones corporum ad

Est duplex ordo practice  
1. app. orb. huiusmodi compositionis sustentationis

DAMEN-ARCHIEF  
TE  
UTRECHT

quas applicantur omnia tradita in comuni in libro physicozum. Et istis omnibus per ordo huius libri ad libro physicozum et ad sequentes libros. Patet ergo ordo librorum prealiorum huius libri. In primo enim agitur de toto universo et de pertinentibus ad ipsum. In secundo de perfectissima eius parte scilicet de toto corpore celesti de motu et de partibus eius. In tertio vero de gravibus et levis secundum opinionem antiquorum. In quarto de eisdem secundum veritatem.

**Sciendum** Tertio quod iste liber vocatur de celo et mundo quia hic solum agitur de corporibus simplicibus que sibi in universo determinant certum situm. et per hoc constituunt universum corporeum.

**Conclusio** Prima scientia naturalis versatur circa corpora et magnitudines et horum passiones et motus. patet quia scientia naturalis considerat res naturales. ergo scientia naturalis considerat corpora et magnitudines et ea que sibi pertinent. Quatum ad secundum

**Dubitat** Primo quid sit subiectum attributionis huius libri. Ad hoc videtur alexander quod totum uniuersum est hic subiectum quia in hoc libro traditur multa toti universo pertinentia. Alij dicunt quod corpus celeste quod est principalis omnium corporum uniuersum sit hic subiectum. Et quod de alijs corporibus in hoc libro solum agitur ex sequenti in quantum continentur a celo et recipiunt influentiam eius. vel per actus per quanto faciunt ad eius cognitionem. Alij dicunt simpliciter quod corpus simpliciter secundum communem eius rationem et intentionem corporis simplicis sit hic subiectum. sed his opinionibus relictis. videtur cum alberto quod subiectum huius libri est corpus mobile ad ubi in quantum huiusmodi. et licet elementa sint generabilia et corruptibilia hoc tamen non habent in quantum mobilia sunt ad ubi. quia motus localis est entis perfecti. et nihil variat de substantialibus rei. sed solum transmutat mobile de loco ad locum. Ideo corpus mobile cum tali motu in uniuersali consideratum est unius potentie et unius scire et unius diffinitionis non logice tamen sed physice seu naturalis et analogice. Ideo non est hic intendenda quod talis diffinitio datur ab una forma substantiali nec actuali inexistente omnibus mobilibus ad ubi. Ex isto patet quare in isto libro non agitur de corporibus mixtis. Non est quia non habent motum localem nisi per naturam elementum predominantis in ipsis. Secundo patet quare in hoc libro agitur de elementis in quantum sunt grauius et leuius et habet principium motus localis et non in quantum

sunt calida frigida humida et sicca.

**Dubitat** Secundo quare dicitur in textu fere cum dicitur de natura autem scientia fere plerima et circa corpora et magnitudines et circa horum principia motus et passiones. Respondetur quod causa est quia natura constantium quedam sunt corpora et magnitudines ut inanimata. Alia sunt habentia corpora et magnitudines sicut animata. corpus enim animatum est magis id quod est secundum animam quam id quod est secundum corpus. Ideo de magis habens corpus et magnitudinem quam dicitur corpus. Alia vero sunt horum principia ut anima vel materia prima. Et preter ista quedam in scientia naturalis considerantur que pertinent naturalibus corporibus vel secundum veritatem ut tempus motus et locus. vel secundum opinionem ut vacuum et infinitum. Ideo non tanta consideratio huius scientie versatur uniuersaliter circa corpora et magnitudines.

**Dubitat** Tertio quid aristoteles intelligat per passiones et motus. Dicitur quod per passiones intelligit proprietates corporum mobilium. Sed per motum intelligit operationes corporum que non sunt sine motu. Et quia scientia non solum versatur circa subiectum et eius proprias passiones sed etiam circa principia subiecti. Ideo subiungit philosophus quod scientia naturalis est circa quedam principia talis scientie scilicet corporis mobilis.

**Ad rationes** Ante oppositum ad primam dicitur quod philosophus et mathematicus considerant differenter corpora et magnitudines. Philosophus enim considerat corpus de genere substantie in quantum mobile. lineas vero et superficies in quantum sunt termini corporum naturalium. Mathematicus autem considerat corpora de genere quantitatis abstracto a materia sensibili. Et similiter lineas et superficies ut sunt quantitates mensurabiles abstracto a motu et materia sensibili. Ad secundam dicitur quod illa que non sunt corpora aut magnitudines non considerantur hic ratione sui et directe. sed in quantum habent relationem ad corpora naturalia.

**Continuum quidem.**

**Queritur** Secundo utrum mundus sit perfectus. Arguit primo quod non. Iud non est perfectum cui potest fieri additio sed mundo potest fieri additio. ergo et. Secundo sic in mundo contingunt monstra et imperfecta hec autem imperfectionem dicitur.

**In oppositum** Est philosophus in libro primo resolutione. Dicitur

primo q̄ in hoc libro plus determinat de toto vniuerso corporeo et de principalibus partibus eius q̄ sunt corpora simplicia. Et ideo premitur diffinitionem continui q̄ est genus ad corpus subiungendo diffinitionem corporis ex cuius probatione infertur perfectionem vniuersi corporis. Unde continuum sic diffinitur continuum est q̄ est diuisibile in semper diuisibilia. Aliter in logica continuum sic diffinitur. continuum est cuius partes copulantur ad aliquem terminum eodem. Prima diffinitio est materialis quia sumit ex partibus que in comparatione ad totum habent rationem materie. ideo conueniens est physico qui habet diffinitur per materiam. Secunda vero est formalis quia vniuersitas est que si forma eius. ideo conueniens est logico qui habet considerare formas et formarum intentiones.

**Sciendum** Secundo q̄ in textu sic diffinitur corpus. Corpus est quod est vniuersum diuisibile. hoc est secundum omnem dimensionem. quia diffinitionem probat plus quia corpus diuidit secundum tres dimensiones s̄ q̄ diuidit secundum tres diuidit secundum omnes q̄ et. Maior probat per sufficientem diuisionem quia magnitudines quedam ad vnam partem diuiduntur sicut linea quedam ad duo ut superficies. Quedam vero secundum tres que cum non sit linea neque superficies sequitur q̄ est corpus. minor probat per plus s̄ q̄ tres dimensiones sunt omnes dimensiones et q̄ ternarius sit numerus omnis et totus primo per dictum Pythagoricorum dicentium totum et omne tribus esse determinatum. scilicet principio medio et fine. Per principium intelligit substantiam rei. per medium eius virtutem. per finem eius operationem. Secundo probat per ea que in cultu diuino obseruabantur antiqui enim in legibus suis quas naturaliter acceperunt constituerunt esse sacrificium dijs numero ternario. s̄ thure igne et oratione. Tertio probat ex vniuerso modo loquendi. quia cum sit vniuersum omnibus taliter a natura videtur sumptisse exordium q̄ de duobus non dicimus q̄ sunt omnes. sed q̄ sunt duo. de tribus autem omne dicimus. ergo numerus ternarius est numerus totus et perfectus. et ergo tria dimensio est omnis dimensio.

**Sciendum** Tertio q̄ hec tria omne totum et perfectum non differunt secundum species id est secundum rationem formalem. quia quolibet eorum quaedam integritatem importat. sed differunt in materia in quantum de diuersis dicuntur. Nam omne attribuitur continuis et discretis que sunt facilliter diuisibilia sicut humida. Sed totum indifferenter attribuitur omnibus continuis et etiam discretis et etiam quibusdam formis. Perfectum vero indifferenter

attribuitur continuis et discretis et cum hoc videtur ac scientijs et etiam formis. Aliter de Libertus q̄ forma dicit omne secundum multiplicationem secundum diuersa supposita. Sed de totum in quantum est vniuersa partium integralium. Sed de perfectum in quantum dat de materie qua perficitur. Dupliciter tamen aliquid de perfectum. Vno modo simpliciter q̄ scilicet dicitur continet in se omnem perfectionem. et hoc modo solus deus est perfectus. Alio modo de perfectum in genere quod habet omnia que ad perfectionem sui generis requiruntur et hoc modo capit in proposito.

**Sciendum** Quarto q̄ mundus sumit quadrupliciter. Vno modo per tota vniuersitate rerum. Secundo modo per vniuersitate rerum creatarum. Tertio modo per tota vniuersitate rerum corporarum. et hoc modo debet hic capi. Quarto per tota vniuersitate rerum corruptibilium ut capitur in primo meteororum cum de necesse est hunc mundum inferiorem esse continuum latitudibus superioribus ut tota virtus eius in de gubernetur. Item etiam potest capi adiectiue ut in euangelio. Nolite mirari si vos odit mundus id est homo mundanus.

**Conclusio** Prima corpus est perfecta magnitudo. patet quia corpus habet tres dimensiones. ergo habet omnes. si totum omne et perfectum idem sunt. ergo corpus in genere magnitudinis est magnitudo perfecta. Secundo illa magnitudo est perfecta a qua non fit transitus in aliam magnitudinem in illo genere. quia non fit exitus de vno in aliud nisi propter aliquem defectum. Sed corpus est huiusmodi. quia a linea fit transitus in superficiem et ex superficie in corpus. ex corpore autem non fit transitus ulterius in aliam magnitudinem.

**Conclusio** Secunda mundus tertio modo captus est perfectus perfectione generali magnitudinis et etiam perfectione speciali que non dicitur alijs corporibus. Prima pars patet quia omne corpus est perfectum sed vniuersum sive mundus tertio modo captus est corpus. ergo est perfectus. Secunda pars patet quia vniuersum particularium corpus vel continet terminum sicut prima species vel continetur terminum sicut terra vel terminatur sicut intermedia. sed quicquid continet et continetur ad aliud quodammodo terminatur. et sic quodammodo est multa et imperfectum. inducit. s̄ mundus nec continet nec continetur nec ad aliud terminatur ergo est perfectus perfectione speciali.

**Dubitatur** Primo que sunt principales partes vniuersi corporis. Dicendum q̄ sunt illa corpora que secundum se

in se sibi determinant certam partem in universo corpore cuiusmodi sunt corpora simplicia sicut celus. Corpora vero mixta non habent partem in universo sed in se sed ratione corporum simplicium que predominant in ipsis. quia mixtum movetur secundum naturam elementi in eo predominantis.

**Dubitat** **Secundo** utrum ista predicta probatio. Tertius est numerus omnis et totus sit sufficiens. ergo non sunt nisi tres dimensiones. **Arguitur** quod non quia similiter posset concludi quod non essent nisi tria elementa vel tres digitus in una manu. Respondet simpliciter quod aristoteles hic non procedit demonstrative sed probabiliter. et hic modus est sufficiens post demonstrationes presuppositas in alia scientia. unde de terminare de dimensionibus corporum pertinet ad mathematicam et naturalis philosophia presupponit has a mathematico. ideo probare demonstrative solus esse tres dimensiones pertinet ad geometriam sicut Ptholomeus probat per hoc quod est impossibile plures lineas perpendiculares que tres coniungi in eodem puncto. Tu ergo omnis dimensio sumatur secundum aliquam lineam perpendicularem sequitur quod non sunt nisi tres dimensiones. ista demeratio supposita Aristoteles. huiusmodi testimonio et signo sicut consuevit facere post demonstrationes a se ipso inductas.

**Ad rationes** **Ante oppositum** ad primam dicitur quod mundo nihil potest addi quod sit de primaria et essentiali perfectione eius quod indivisibile si sit de primaria et essentiali perfectione ipsius sed solum accidentaliter. **Ad secundam** dicitur quod mixta sunt perfecta in ordine ad naturam universalem sed non ad naturam particularem. **Ad ultimam** dicitur quod mundus non est simpliciter perfectus sed in genere corporum.

**De totius quidem.**

**Queritur** **Tercio** utrum sint tres motus simplices scilicet motus circularis motus sursum et motus deorsum.

**Arguitur** primo quod non quia motus circularis est compositus ex veloci et tardo. Nam partes propinquas tardius moventur alijs a polis distantibus eo quod in equali tempore maius spatium transeunt ergo motus circularis non est simplex. **Secundo** arguitur sic motus circularis simplex dicitur qui est circa medium sine participatione ascensus et descensus. sed partes celi circulariter moti ascendunt et descendunt. quia planeta dicitur est in auge plus distat a medio quam cum est in opposito auge. ergo as-

cedit et descendit. **Tercio** sic arguitur philosophus accipit numerum motuum ex numero magnitudinum simplicium. sed tamen due sunt magnitudines simplices scilicet recta et circularis. ergo tamen duo sunt motus simplices scilicet rectus et circularis.

**Quarto** sic arguitur tot sunt motus simplices quot sunt corpora simplicia. sed quinque sunt corpora simplicia scilicet quattuor elementa et celum. ergo sunt quinque motus simplices. **In oppositum** est philosophus in textu. Pro responsione.

**Sciendum** **Primo** quod postquam philosophus ostendit universon esse perfectum tam ratione sue corporeitatis. quia habet tres dimensiones. et sic habet omnes. quam ratione sue universalitatis per hoc quod extra ipsum nihil est sed omnia complectitur. consequenter determinat de partibus principalibus ex quibus integratur perfectio universi et de numero ipsarum. Que quidem partes universi sunt corpora simplicia. Nam animalia planta et cetera corpora mixta sunt partes secundarie que magis pertinent ad bene esse ipsius universi quam ad perfectionem vel integritatem eius.

**Sciendum** **Secundo** quod ad habendum numerum et distinctionem corporum simplicium que sunt partes principales universi Aristoteles inquit numerum et distinctionem motuum localium quia motus localis est primus omnium motuum ideo secundum distinctionem eius argui potest distinctio corporum simplicium. **Et** circa hoc antequam probat celus esse distinctum a quattuor elementis premitit quattuor suppositiones. Prima est omne corpus physicum secundum suam naturam est mobile secundum locum. et similiter omnis magnitudo puta superficies et linea considerate prout sunt terminum corporum naturalium cum corpora per se moventur et magnitudines per actus motus corporibus. ista suppositio probatur quia corpora naturalia sunt que habent in se naturam sed natura est principium motus eorum in quo est ergo omnia corpora physica habent in se principium sui motus et sunt naturaliter mobilia. sed quecumque sunt mobilia quocumque motu sunt mobilia localiter licet non e contra. quia motus localis est primus omnium motuum. ergo omne corpus physicum est naturaliter mobile secundum locum. **Secunda** suppositio est quod omnis motus localis est rectus vel circularis. vel mixtus ex his sicut omnis motus obliquus illorum. sicut que huc et illud fecerunt. probat philosophus quod motus simplices non sunt nisi duo scilicet rectus et circularis. consequenter assignat quod sunt tamen due magnitudines. scilicet recta et circularis. ergo tamen sunt duo motus.

simplices. vnde motus rectus simplex dicitur qui sequitur formam que est in dimensionibus rectis et circularis que sequitur formam que est in dimensionibus circularibus. Et si arguatur quod linea elica est magnitudo simplex cum omnes partes eius sint uniformes et tamen non est recta vel circularis. ergo non sunt tamen due magnitudines simplices. Respondetur quod si elix consideretur quantum ad eius originem non est linea simplex sed est mixta ex recta et circulari. Causatur enim ex duobus motibus imaginatis quorum unus est linee circulantis colunam. alius est puncti moti per lineam rectam. Si enim uterque motus simul et regulariter perficiatur constituitur linea elica per fluxum puncti. Tercia suppositio omnis circularis est motus qui fit circa medium sine participatione ascensus et descensus. Et motus sursum dicitur qui est a medio deorsum qui est ad medium. Et cum dicitur quod motus circularis est circa medium debet intelligi quod est circa medium mundi quod quidem medium est centrum gravitatis terre. Nota enim quod mouetur circa medium sui non mouetur proprie circulariter. sed est motus compositus ex depressione et elevatione. Sed arguitur secundum Ptholomeum planete mouentur in eccentricis et in epiciclis et illi motus non sunt circa medium mundi. sed circa propria centra. et sic sequeretur quod celi non moueretur circulariter. Ad id est quod licet secundum aliquos motus planetales celi non mouentur circa centrum mundi tanquam circa proprium centrum puta eccentricos et epiciclos tamen secundum motum diuersum qui est motus prime sphericæ secundum reuoluentis totum celum omnia corpora celestia mouentur circa centrum mundi et etiam quilibet orbis totalis. Quarta suppositio est corporum naturalium que vana sunt simplicia quedam mixta. Simplicia dicuntur que secundum suam propriam naturam habent principium alius motus simplicis sicut ignis terra et spiritus ipsorum sicut fumus et flamma. et cognata eorum vnde media elementa quorum aer magis auerit cum igne et aqua cum terra. Sed corpora mixta sunt que non habent principium motus simplicis secundum naturam propriam sed secundum naturam elementi predominantis ut ligni lapis. Vel aliter diceretur quod mixtum est quod componitur ex aliis corporibus prioribus et in corpora priora resoluitur. sed corpus simplex est quod non componitur ex corporibus prioribus sed ex simpliciter materia et simplici forma sic quod forma non generat in se virtualiter perfectiones aliarum sphericarum cuius modi est forma elementi que est secundum essentiam simplex et secundum diuersitatem. Et quod motus est actus mobilis et actus debet proportionari suo proprio perfectibili. ideo corporum simplicium sunt motus locales simplices

et mixtorum mixti

**Sciendum** Tercio quod quidam attendunt simplicitatem motus ex simplicitate dimensionum corporis accipientes fundamentum ex dictis Aristotelis in secunda suppositione. Sed sanctus Thomas attendit simplicitatem motus ex simplicitate mobilis se fundans in dictis Aristotelis in presenti passu. Alii vero attendunt simplicitatem motus ex simplicitate motoris. Adde in enim dicitur quod motus simplex rectus dicitur qui est a medio seu ad medium sine participatione circularis. et circularis simplex dicitur qui est sine participatione ascensus vel descensus. Et isti modi non contradicunt sed ex diuersis attendunt eodem simplicitatis motus.

**Conclusio** Prima enim tres sunt motus simplices. probatur quod omnis motus simplex vel est circularis. et fit circa medium vel est rectus simpliciter. et hoc est dupliciter vel a medio et sic est motus sursum vel ad medium. et sic est motus deorsum. Secundo perfectio corporis consistit in tribus dimensionibus ergo et rationabile est quod motus simplices corporum in tres distinguantur.

**Dubitarur** Primo vnde vnus corporis simplicis fit tamen vnus motus simplex secundum naturam ut ex precedentibus habet. Respondetur quod sic quia vnus corporis simplicis est tantum vnus forma propria simplex. Et motus consequitur formam quia est effectus nature et forma principiorum est propria materia ergo etc. Et dicitur notanter secundum naturam propriam. quod ideo corpus simplex bene mouetur diuersis motibus vno secundum naturam propriam et alio secundum naturam alterius. ut ignis mouetur motu recto sursum secundum naturam propriam et motu circulari secundum motum ipsius celi et fit descendere ad replendum vacuum secundum naturam eodem. Et si queratur an sit eadem natura propria et eodem. Respondetur quod in eodem est eadem secundum rem sed differens secundum rationem. quia in seipsum natura rei ordinatur ad proprium esse rei et ad ascensionem vnus rei dicitur natura vna propria. sed in seipsum ordinatur ad bonum et ad conseruationem totius vniuersi cuius est pars dicitur natura communis.

**Ad rationes** Ante oppositur ad primam dicitur quod partes primi secundum se actu non mouentur. quod non sunt actu. et ideo non sequitur quod in motu celi sit diuersitas actualis. sed solum potentialis que non repugnat simpliciter motus quo est ad proprium. Ad secundam dicitur quod licet alius orbis totalis aliqua pars quicquid plus accedit ad medium mundi et quicquid minus tamen quilibet orbis secundum extremas superficies eius. si secundum eorum et

conuexam equaliter distat a medio mundi. iteo totus talis motus circularis alicuius debet dici simplex. Ad tertiam dicitur quod licet in genere supremo sint tamen duo motus locales simplices. tamen in genere subalterno subdividendo motum rectum in duos sunt tres motus simplices. sed diuidendo secundum speciem speciatissima sunt tot motus simplices quot sunt corpora simplicia et reuerso. Et per hoc patet solutio ad objectionem quartam.

**Quonia quidem hec.**

**Querit** Quarto utrum propter motum circularem preter quatuor elementa sit ponendum unum corpus quantum circulariter motum secundum naturam propriam. scilicet celum seu quinta essentia. Arguitur primo quod non quod aer mouetur circulariter ut ostendit motus comete qui generatur in supra regione aeris. Et similiter ignis circulariter mouetur ergo propter motum circularem non est ponendum quintum corpus simplex ab elementis distinctum. Arguitur secundo sic non oportet ponere tot corpora mixta quot sunt motus compositi. quia motus compositi variari possunt in infinitum. ergo non est necesse ponere tot corpora simplicia quot sunt motus simplices. et sic non oportet ponere celum distinctum a quatuor elementis. Arguitur tertio duo sunt mobilia motu recto vel quattuor. scilicet quattuor elementa ergo essent plura mobilia motu circulari quam celum et per consequens corpus simplex distinctum ab elementis non est unum. Quarto sic celum non mouetur a natura sed ab intelligentia mouente per intellectum et voluntatem. ergo motus circularis non uenit sibi secundum naturam suam propriam. In oppositum est plus in textu. Pro responsione

**Sciendum** Primo quod postquam plus premissis quam necessaria ad inuestigandum numerum et distinctionem corporum simplicium que sunt primarie presunt uniuersi. consequenter ex illis premissis incipit ostendere ex natura et distinctione motuum simplicium qui sunt motus rectus et circularis corporum celestium esse alterum corpus simplex a quattuor elementis.

**Conclusio** Prima preter quatuor elementa ponendum est quintum corpus simplex quod est ipsum celum vel quinta essentia circulariter motum secundum naturam. Probat hoc plus quam quibus. Prima est quia motus circularis est simplex. sed omnis motus simplex est per se primo alicuius corporis simplicis. Nam licet mixta quicquid simplicia motu moueantur. tamen hoc est secundum elementum in eis predominantis. ergo motus circularis est per se primo

alicuius corporis simplicis. sed non est per se alicuius quattuor elementorum. quia quodlibet illorum secundum naturam recte mouetur. modo unius corporis simplicis est tamen unus motus simplex secundum naturam propriam. ergo est alicuius alterius corporis simplicis a quattuor elementis. et sic preter quatuor elementa ponendum est unum corpus simplex circulariter motum. Sed si obijceret quia secundum dicta in ista ratione uidetur quod deberent esse plura corpora simplicia que sunt. quia sicut motus sursum et deorsum dicuntur esse motus simplices. ita motus ad dextrum et ad sinistram et ad ante et retro. Respondetur est quod cum corpora simplicia sint essentialiter et prime partes uniuersi oportet quod motus simplices naturales in corporibus simplicibus attendantur secundum conditionem uniuersi. sed uniuersum est speciatim quare oportet quod motus illius attendantur per comparationem ad medium quod est immobile. quia omnis motus sursum datur semper in aliquo immobili ut dicitur in de caelo motus animalium. Sed secundum habitudinem ad medium mundi non attenditur nisi triplex diuersitas in motu. scilicet secundum quod contingit moueri a medio vel ad medium. vel circa medium. Dextrum autem vel sinistram ante vel retro considerantur in animalibus et in celo. et non in toto uniuerso. ergo ponitur ut patet in secundo huius. Pro ratione secunda presupponitur duo. Primum est quod motus conueniens alicuius ree nature reerarius est ei qui sibi conuenit secundum naturam. Respondetur tamen unum unum est contrarium. Tunc arguitur sic aliquid corpus mouetur circulariter ut patet ad sensum vel ergo ille motus conuenit sibi secundum naturam vel preter naturam. Si secundum naturam tunc non potest esse aliquid quattuor elementorum ut patet ex prima ratione et sic habet intentum. Si preter naturam tunc reerariet motui qui sibi conuenit secundum naturam. et ita si tale corpus sit ignis reerariet motui sursum ipsi ignis. Sed motui sursum reerariet motus deorsum. ergo non tamen unum unum est contrarium. Similiter ostendetur quod non sit aliud corpus elementare ab igne quia tunc illi corpori conueniret motus deorsum cui reerariet motus sursum. et sic iterum unum non esset unum reerariet. ergo oportet quod illud corpus sit aliud a quattuor elementis et conueniat sibi motus secundum naturam. Si argueretur quod unum uicio reerariet uirtus et aliud uicium. ergo sunt unum plura reeraria. Respondetur quod secundum idem et eandem rationem tamen unum unum est contrarium. Sed eadem secundum diuersa bene possunt esse plura reeraria ut si idem subiectum sit album et dulce sibi reerariet magis et amara. Similiter unum uicio reerariet uirtus ut ordinatum inordinato et aliud uicium ut suphabundantia defectum. Tercia ratio est motus circularis prior est motu recto quia perfectior eo quod linea circularis est perfectior recta. Nam circulari

nihil potest addi. Recte do si sit finita potest aliqd  
addi. si sit infinita est imperfecta. quia caret fine et  
perfectione. sic ergo motus circularis prior est recto  
sed priori corpori naturaliter debetur prior motus  
cū ergo motus naturaliter sit aliquoz corporū sim-  
pliciu que sūt elementa sequit̄ q̄ motus circularis ē  
naturalis alicuius corporis prioris omnibus corporibus q̄  
apud nos sūt. Sed obijerēt qz linea recta habz prin-  
cipium medium et finem in quibus consistit p̄fectō rei  
ergo est p̄fecta. Dicendum est q̄ ad hoc q̄ aliquid  
sit p̄fectū particulariter sufficit q̄ habeat principi-  
um medium et finem in seipso. sed ad p̄fectōnem  
simpliciter requirit̄ q̄ n̄ sit aliquid extra ipsum qd  
sibi possit addi. et hic modus p̄fectōis quērit̄ supra  
modo corpori quod est omnū corporū p̄sentium. et h̄  
mō linea circularis est p̄fecta. qz sibi nihil potest  
addi. recta vero imperfecta. Sed si iter obijerēt  
q̄ dyamete mundi est linea recta. et tamē nihil po-  
test addi sibi. Dicendum q̄ dyametro mundi ratione  
sue forme inq̄tum est linea recta nō repugnat sibi  
additio. sed solum fm eōdem materie in qua est. Si-  
militer argueretur q̄ nullus homo esset p̄fectus. q̄  
cuilibet hoi p̄ fieri additō. Dicendum q̄ homo dicit̄  
tur p̄fectus fm se qz sibi nō potest fieri additio ali-  
cuius pertinentis ad speciem. sed linee recte finite sp̄  
potest aliquid addi de p̄tinentibus ad sp̄m suā  
Pro quarta rōe duo p̄supponunt. Prīmū q̄ om̄s  
motus simplex conueniens alicui corpori conuenit  
sibi fm naturam aut preter naturā. Secūdu est q̄  
motus quērens alicui preter naturā alteri quērens  
fm naturam. Tūc arguit̄ sic. aliqd corpus mouetur  
circulariter ut patz de igne et suprema parte aeris  
vel ergo ignis mouetur fm naturam vel preter na-  
turam. nō primū qz fm naturā p̄p̄iam ignis moue-  
tur recte. ergo mouetur circulariter preter naturā. et  
per p̄sequēs oportet ponere aliquod corpus simplex  
quod fm naturā moueatur circularit̄. Quinta ratio  
est solus motus circularis est p̄petuus. sed nullum  
violentiū p̄petue durat ut dicitur in textu. ergo cor-  
pori sit moto naturaliter quērit̄ ille motus sed nul-  
lum elementoz mouet̄ motu circulari. ergo preter  
quatuor elementa ponendū est alterū corpus sim-  
plex circulariter motū fm naturā segregatū ab his  
sensibilibus corporibus. et tāto habēs maiorē na-  
turā q̄ro est plus segregatū ab his que sunt circa  
nos que sunt subiecta qualitibus corruptiuis.

**Ad rationes.** An oppositū. Ad primā  
dicitur q̄ ignis et aer n̄  
mouent̄ circulariter fm naturā. sed supra naturā  
ergo oportet ponere aliquod corpus cui quērit̄ sic

moueri fm naturā. Ad secundā dicitur q̄ sicut  
motus localis simplex nō quērit̄ siue coheret elem̄  
tis q̄rum ad calidū humidū frigidū et sicū. sed q̄  
tum ad eandem grauis et leuis. ita et motus p̄posi-  
tus nō quērit̄ seu correspondet corpori mixto fm q̄  
dus mixtōnū p̄dictaz qualitatu. sed fm gradum  
grauitatis et leuitatis. et sic motus p̄positi possunt  
uariari in infinitū fm nūm et nō fm sp̄z sic et p̄posi-  
tiones grauitatis et leuitatis. Ad terciā dicit̄  
q̄ sunt quatuor mobilia motu recto in sp̄z sp̄alissi-  
ma. sic et similiter plura sunt mobilia motu circula-  
ri specie distincta. Sed tamen omnia conueniūt in  
hoc q̄ mouentur circa medium mundi motu diuino  
Ideo Aristoteles non diuidit motum circulare in  
Ad quartam dicitur q̄ duplex est principium motū  
celi scz passiuū quod est habens corpus aptum natū  
ut sic moueatur. Aliud est actiuū. modo licet prin-  
cipium actiuū eius sit intellectualis substantia. p̄zi-  
cipium tamen passiuū ē natura corporis celestis  
fm quā est natum tali motu moueri et naturaliter  
inclinat̄ ad talem motum. sicut si anima nostra nō  
moueret corpus nostrum nisi fm naturalem incli-  
natōem eius scilicet deorsum. Et quia motus dz de  
nominari naturalis ex parte principij int̄inseci. id  
ille motus simplex est naturalis

**Similiter aut rōnabi.**

**Querit̄.** Quinto dicit̄ celū sit graue aut  
leue. Arguit̄ primo q̄ sic qz celū  
ascendit et descendit ut patz in d̄centricis et epicy-  
clis. Dz grauitas et leuitas sūt principia ascensus  
et descensus ergo r̄. Arguit̄ secūdo. Celū est rax  
et densum si rax est leue densum vero graue q̄ r̄  
Major patz per cōmentatorē dicit̄ q̄ astrū est  
densior ps sui orbis. Arguit̄ tercio sic. si pres ce-  
li separerent a celo tūc tenderēt ad locum totius celi  
et ascenderēt sursum et cū sit idē motū totius et pris  
sequit̄ q̄ totū celū ē mobile sursum et p̄sequens ē leue  
In oppositū est p̄ps in littera. Pro responsione

**Sciendum.** Primo q̄ post q̄ p̄his de  
determinauit q̄ p̄ter quat-  
tuor elementa q̄ mouent̄ naturalit̄ motu recto po-  
nendū est aliud corp̄ simplex qd naturaliter mo-  
uet̄ circulariter. Consequenter ostendit differen-  
tiam illius corporis a quatuor elemētis et primo  
ex p̄te motus localis. secūdo ex parte alioz motū  
Et quia grauitas et leuitas sūt principia motū  
localiū in istis inferioribus scilicet elemētis et mix-  
tis. Ideo p̄ps addit̄ differentiam celi a corporibz in

ferioribus ex parte gravitatis et leuitatis. Et quia principium demeritatis est diffinitio siue quod quod est id eo quod hoc ostenditur. **A**risto. premitit diffinitioes grauis et leuis grauissimi et leuissimi quibus diffinitioibus ad presens videtur tanquam quibusdam suppositioibus. sed in quarto huius diligentius considerabitur de ipsis ubi determinatur de substantia seu natura grauis et leuis

**Conclusio** Prima in corporibus inanimatis non sunt differentie positionū ex natura rei distincte. Sed distinguuntur in ipso per habitudinem ad nos quia prout distinguitur secundum situm prout dicitur quod dicitur differentie solum distinguuntur ex natura rei in aliquo corpore in quo repiuntur principia aliter motus aut pluriū motuū. si corpora inanimata non habent in se principia aliter motus loquendo de principio effectivo ergo etc. Secundo si absolute reperirentur ille differentie in ipsis distincte secundum virtutem et figuram non mutarentur in eis per mutationem nostram quod tamen contingit quod si collina dicitur alicui dextra ipso mutato ad alium locum dicitur sinistra. Secunda pars patet per secundam eandem ante oppositum quia de istis corporibus inanimatis dicitur sursum et deorsum et alie differentie ad nos referendo. et hoc tripliciter. Uno modo per juxtapositionem ut illud dicitur dextra quod est ad nostram dextram manū et sursum quod est supra nos. Alio modo secundum similitudinem ad partes nostras ut partium statue aliqua dicitur dextra et sinistra propter similitudinem ad partes dextre nostre. Tertio modo per juxtapositionem ut in imagine apparete in speculo dextrū illud dicitur quod opponitur nostre sinistre et sinistrum dicitur quod opponitur nostre dextre.

**Conclusio** Secunda in omni corpore animato reperuntur alie que differentie positionū ex natura rei distincte. patet quia omne animatum habet in se principium actiuū aliter motus ut plante habet in se principium motus augmenti et decrementi et animalia imperfecta principia augmenti et decrementi et sensationis. Perfecta vero cum istis habent principium motus progressiuū ergo cum ille differentie distinguantur secundum principia predictorum motuū sequitur quod in omni corpore animato reperuntur alie differentie ex natura rei distincte. Et si queratur que pars in plantis ē sursum. Respondetur quod secundum naturam rei radices sunt sursum quia in ipsis incipit motus augmenti. Sed secundum situm totius universi eam sunt sursum. Sed in homine eadem pars

*radices ubi sunt principia augmenti et decrementi ubi reperuntur sunt positionū secundum motum in corpore animato reperuntur principia motuū*

dicitur sursum et secundum naturam et secundum situm totius universi. Ex predictis patet ordo dictarum differentiarum ad invicem. Nam sursum et deorsum sunt priores dicitur positionū deinde ante et retro tertio dextrum et sinistrum. et hoc in ordine generationis quod patet quia sursum est principium motus augmenti et ante motus sensationis et dextrum motus localis. Sed in animatis augmentatio precedit sensationem et sensatio motum localem igitur etc.

Secundo in animali imperfecto differunt dextrum et sinistrum virtute tamen sursum vero et deorsum similitere ante et retro differunt virtute et figura. et sic magis differunt quod attestatur quodam prioritate in ipsis. Tertio ubique reperuntur alie differentie etiam sunt sursum et deorsum et non retro. Et ubique reperuntur dextrum et sinistrum ibi reperuntur ante et retro et non contra. ergo dextrum et sinistrum sunt differentie posteriores via generationis et priores via perfectionis. Quarto in animali perfecto sursum dicitur principium unius motus localis quod ut dictum est origine caput a cerebro. Sed dextrum dicitur illud a quo est motus et ante ad quod est. ergo sursum habet prioritatem ad alias duas. Ex quo patet pitagorici desererunt ponendo in celo dextrum et sinistrum et non ante et retro sursum et deorsum quod tamen sunt priores dicitur. Nam cū celum sit perfectissimum omnium corporum si alicui corpori attribuuntur omnes dicitur dicitur. iustū est quod sibi omnes attribuuntur.

**Ad rationes** An oppositū ad primam dicitur quod ille dicitur non distinguuntur ex natura rei absolute secundum terminos dimensionū si secundum quod in eis sunt principia effectiva aliquorum motuū. et hoc solū reperit in corporibus animatis. Ad secundam patet solutio ex dictis.

**Robis autē quā deder.**

**Querit** Tertio utrum in corpore celesti sex dicitur positionū sint ex natura rei distincte. Arguit primo quod non quod sursum et deorsum ante et retro in corpore ubi repiuntur non solū distinguuntur virtute sed etiam figura sed corpus celeste non habet diversitatem figure in suis partibus cum sit sphericū ergo in eo non distinguuntur sursum et deorsum ante et retro per prius nec dextrum nec sinistrum cū sint posteriores alijs. Secundo sic in omni corpore ubi distinguuntur dextrum et sinistrum ex natura rei dextra pars movetur ante sinistrā. si in celo omnes partes equo citro mouentur nec incipit moveri ut octavo philosophorum. Tertio sic in solo corpore animato dicitur positionū ex natura rei distinguuntur. sed celū non est animatum. minor patet quod si haberet aliquam

¶

animā haberet animā vegetatiuā q̄ est prior alijs etiam haberet motū augmētatiōis q̄ est prior motu sensatiōis et motu locali. et sic augeret et diminueret qd̄ est im̄pbatū primo h̄. Quarto sic sursum et deorsū sūt termini longitudinis. an̄ et retro p̄tū ditatis. dext̄ et sinistra latitudinis. s̄ in celo nō reperit lōgītudo qz de eōe eius ē q̄ sit maior alijs dimēsiōibus. s̄ in celo cū sit sp̄tū nulla dimēsiō est maior alia. igit̄ in eo nō reperit̄ur dicte differētie.

**Quo** oppositū arguit̄ p̄ pl̄m dicentē. est at̄ celum aiatū et h̄z motus principū. unde manifestū est q̄ habet sursum et deorsum.

**Sciendū** Primo q̄ postq̄ p̄hs tractauit de distinctiōe situāliū partiū celi s̄m opiniones ariq̄oz. p̄ter determinat̄ de distinctiōe ear̄ s̄z opinioē ap̄tā ostēdo q̄liter in celo sex d̄e positionū sūt distincte ex natura rei. Ad qd̄ p̄bā dum assumit̄ celū eē animatū in quo cōuenit̄ cū op̄i mone platōis.

**Sciendū** Secūdo q̄ aliq̄ dixerūt intelligētia nō moueret celū immediate eo q̄ intellectus solū ē unīsalit̄. ergo si intelligētia moueret celū immediate si plus moueret vno motu q̄ alio. nec etiā ista velocitate q̄ alia. s̄ posuerūt in celo virtutē ymaginatiuā q̄ cognoscem unīsalē intelligentie dēterminet̄ ad h̄c motū ut ad illum. Sed hoc im̄pbat̄ qz virtus imaginatiua sensitua est organica. sed omne organū sensus habz aliq̄uā p̄plexionem qualitātū p̄max a q̄bus celū denudatū est. ergo in celo nō est virtus imaginatiua. Neqz valz motūū eoz qz intelligētie nō solū cognoscit̄ unīsalia et unīsalitatē. p̄mo p̄ sp̄s unīuersales agnoscat̄ singularia in esse singulari. Alij vero dixerūt ut refert̄ simpliciter celū esse animatū nō q̄ habeat animā rōnalem. sed q̄ habeat quōdā vitā sibi p̄latatā p̄ quā sibi uenit̄ sic naturaliter moueri. Ita q̄ anima celi nō est aliud q̄ natura ipsi ita q̄ moueat̄ suo motu eo mō sicut lenia sursum et ḡuia deorsum. Sed hoc im̄pbat̄ qz exp̄sse ponit̄ p̄hs celum esse animatū qd̄ nō diceret si solū haberet passiuū principium sui motus sicut granē et leuē. Item in ordine mobilū dēuendū est ad unū primū qd̄ habet in se principū actiuū sui motus et est diuisibile in p̄tem p̄ se motā et p̄tem p̄ se mouentē et illud est celum ut p̄ octauo p̄hsicoz ergo est animatū. Item primus motor mouet celū tanq̄ amatum et desideratū utz duodecimo meta p̄hsice. sed omne appetens et desiderās ē animatū ergo s̄m Aristot̄is celū est animatū. Et si querat̄ utz anima mouēs celū quā oporet eē subam sp̄ia

*Handwritten marginal notes on the left side of the page, including:*  
 1. *Ita qz a p̄hsicoz capitulo 2. in p̄ter...*  
 2. *Sciendū p̄hsicoz...*  
 3. *Sciendū p̄hsicoz...*  
 4. *Sciendū p̄hsicoz...*  
 5. *Sciendū p̄hsicoz...*  
 6. *Sciendū p̄hsicoz...*  
 7. *Sciendū p̄hsicoz...*  
 8. *Sciendū p̄hsicoz...*  
 9. *Sciendū p̄hsicoz...*  
 10. *Sciendū p̄hsicoz...*

lem sit sibi iuncta vel ab eo separata. Sciendū q̄ illa suba intellectualis est a celo separata s̄m esse et solum sibi cōiungitur sicut motor mobili. et natura ipsius celi se habet ad motum eius ut principium passiuū et sc̄dātū t̄n naturaliter inclinatur ad talē motū. sed intelligentia separata s̄m eē ē principium actiuū et principale. Et ad videndū qualiter celū sit animatū p̄ ipsam intelligentiam notat d̄ns Aristot̄us q̄ anima n̄a triplicem h̄z p̄p̄tōez ad corpus. Prima est q̄ est iuncta corpi s̄m esse qd̄ habz in corpe nō q̄ s̄m suū esse a corpe dependet. sed hoc nō uenit̄ intelligentie respectu celi. q̄a sibi nō est unīta s̄m esse. et hoc int̄debat p̄hs octauo p̄hsicoz q̄ motor celo non mouetur motor eius neqz p̄ se neqz p̄ actū. Alia habitudinem habz ad corpus quo ad apprehensionem quia suam cognitiōem acquirit mediante sensu corporeo. qd̄ non uenit̄ intelligentie quia nō intelligit mediante alio quo corpe. sed luce diffuso p̄ omnes virtutes intellectuales sibi cōicato ab intellectu primo. i. prima causa. Tercio comparatur ad corpus im̄p̄m ē principium operandi quia influit motum et op̄atiōnem corpi. et hoc nō intelligētia ē unīta celo sicut motor mobili. Un̄ sicut intellectus noster practicoz corpore uirtute ad explicandū formas artis in materia artificialium ita intelligentia uirtute celo ad explicandū formas quas habet p̄ceptas in materia exteriorē. Et hoc mō s̄m dici celum animatū quia recipit motū qui ē quasi uita ab ipsa intelligentia tanq̄ a quōdā primo ente. Un̄ patet q̄ intelligentia uirtute celo nō sicut forma materie sed sicut motor mobili solum. Et dicere oppositū est articulus contempnatus.

**Sciendū** Tercio q̄ differentie positionū in corporibus ubi reperit̄ur naturaliter ex natura rei distincte sunt principia motūū distinctoz in diuisis p̄ibus. In quibus reperit̄ur distincte uirtutes q̄ sunt principia actiua pluriū motūū utputa principū augmēt̄i sensatiōis et motus localis. In h̄ribus t̄n principia motus localis q̄ est p̄fectiss̄m oim̄ distinguūt̄ ex natura rei s̄m diuersas habitudines ad motū locale. Et in aialibus p̄fectis ubi tres p̄icti motū inueniunt̄ iste d̄e distinguūt̄ur s̄m principia illoz motūū et s̄m diuersas habitudines ad motū localem aialis. Nā in aiali p̄fecto sursum ē principū un̄ sit motū. Et dext̄ a quo ē motus. et an̄ ad qd̄ sit motū. Et quo sequit̄ q̄ licet celū solū moueat̄ localiter indilomin̄ tamen in eo p̄nt̄ reperiri dicte d̄e positionis s̄m diuersas habitudines ad motū localem eius.





de diuersitate partium eius que attenditur fm  
ordinem plurium corporum ad inuicem ostendendo  
causam quare sunt plures spere circulariter moti.

**Sciendum** Secundo q si motui cir-  
culari esset aliquis motus  
contrarius cum contraria fm spem distinguantur  
vniuersum no esset perfectum si esset vnus motus  
circularis et non esset alius sibi contrarius. ideo q  
hoc facile esset assignare causam pluralitatis mo-  
tuum et corporum celestium. Sed quia motus circula-  
ri nihil est contrarium oportet aliunde sumere ratio-  
nem illius pluralitatis. Et ut dicit philosophus il-  
lud est difficile quia accidentia corporum celestium  
sunt nobis ignota. pmo pp et elongationem celi a  
nobis secundo quia celestia corpora in accidentibus  
non admittunt cum istis inferioribus. Vnmo acciden-  
tia eorum et istorum inferiorum sunt diuersarum  
rationum. Ideo cum cognitio nostra intellectiva or-  
tum habeat a sensu et etiam ex cognitione acciden-  
tium deuenimus in cognitionem substantie difficile  
est nobis questiones de celestibus terminare tamen  
philosophus aliquas terminat per viam resolutio-  
nis reducendo effectus in causas et postiora in  
priora. **Sic igitur**

**Conclusio** Ad saluandum generationes  
et corruptiones istorum infe-  
riorum oportet celum moueri pluribus motibus p-  
bat philosophus de primo ad vltimu per sex conse-  
quentijs. Prima e si celi sit qd diuini et sempiterni  
nisi necesse est motum eius esse sempiternu et circu-  
lare. Secunda est si motus eius est sempiternus  
et circularis necesse est terram vel aliud corpus in  
medio celi quiescere. Tercia est si terra est necesse  
est ignem esse. Quarta est si terra et ignis sint ne-  
cesse est alia elementa intermedia esse. Quinta  
est si omnia elementa sunt oportet generationes et  
corruptiones esse. Sexta est si generationes et cor-  
ruptiones sunt necesse est celum moueri pluribus mo-  
tibus et esse plura corpora circulariter mota. quia  
vnius corporis simplicis est tm vnus motus sim-  
plex fm naturam et contra. Primam consequen-  
tiam probat philosophus. quia vniquodq cuius est  
aliquod opus proprium oportet illud esse gratia sui  
operis. sed dei hoc est celi est aliquod opus proprium  
scilicet motus. ergo est gratia illius operis et cum  
nihil destituatur a sua propria operatione. ergo si ce-  
lum sit sempiternu sequitur q motus eius est sem-  
piternus. Sed nullus motus alius a circulari pos-  
test esse sempiternus. ergo oportet motum celi esse  
circulare. Unde Aristoteles vocat celum deuz qz

vniam conditio n diuinitatis participat scilicet de  
sempiternu cum sit ingemum et incorruptibile. De  
eiusdem consequentia probatur quia motus circularis  
fi: circa medium. sed ratio mediij cum sit accidens si  
est sine subiecto. ergo in medio mundi oportet alia  
quid esse et cu mundus sit corpus oportet illud ee  
corpus. quia medium corporis est corpus. sed illud  
non potest esse aliqua pars celi. primo quia celum  
fm se totu perpetue mouetur. ergo nulla pars eius  
potest in medio quiescere. Secundo quia vel ibi qui  
essetet fm naturam vel contra naturam. sed hoc e  
impossibile cum motus celi sit perpetuus vt proba-  
tum est oportet illd corpus quiescens in medio per-  
petuo quiescere. ergo aliquid contra naturam esset  
perpetuu quod est impossibile. ergo oportet in me-  
dio esse aliquid corpus aliud a celo perpetuo quies-  
cens. et illud est terra qd hic supponitur et postea  
probabitur. Tercia consequentia probatur. quia si  
vnum contrarium sit in eorum natura oportet  
aliquum esse in natura. quia vnum contrarios  
eam habet materiam sibi subiectam. Sed eadem  
est materia contrariorum que est in potentia ad  
vtriqz. sed illa non potest esse perpetue fixa. er-  
go si vnu contrarium sit oportet reliquu esse. Sy-  
tere et ignis contrariantur fm motus contras-  
tietates fm quas considerantur in hoc libro. ergo  
si terra est oportet ignem esse. Secunda ratio est ha-  
bitus semper prior est priuatio. sed ignis se habet  
ad terram sicut habitus ad priuatio. ergo se ha-  
bet ad ipsam sicut prius ad posterior. Sed posito  
posteriori ponitur prius. ergo si terra sit oportet ig-  
nem esse. nino patet scilicet q se habeant vt habi-  
tus et priuatio quia igni conuenit motus et leui-  
tas. Terre autem quies et grauitas sed motus et  
leuitas sunt tanq habitus respectu quies et gra-  
uitatis. Quarta consequentia patet quia ignis et  
terra contrarietatem habent ad alia elementa.  
quia quodlibet elementu est cuilibet elemento con-  
trarium vt probatur secundo de generatione. Sed si  
vnu contrarium sit in natura ita et reliquu. er-  
go si ignis et terra sint necesse est alia elementa ee  
Quinta consequentia probatur primo quia omnia  
elementa contrariantur inter se. sed contraria agunt  
et patiuntur ad se inuicem et se inuicem corrumpunt  
ergo si omnia elementa sunt necesse est generatio-  
nes et corruptiones esse. Secunda ratio inconueniens  
est dicere aliquid mobile esse perpetuum cuius  
mouens non est perpetuus. sed motus rectus pro-  
prie conuenit elementis q non potest esse perpetuu  
quare nec elementa possunt esse perpetua. sed sunt

generabilia et corruptibilia. Ultima consequentia probatur quia nihil idem potest esse causa permanentie rerum in esse et successione generationis et corruptionis et diversitatis genitorum in speciebus et figuris. quia contrariorum contrarie sunt cause per se. ergo ad salvandum ista in his inferioribus necesse est ponere celum moveri pluribus modis. Unde primus motus qui est maxime uniformis ponitur causa permanentie rerum et continuatōnis in esse. Motus autem solis sub obliquo circulo qui recipit variationem accessus et recessus a nobis ponitur causa successione generationis et corruptionis. Motus autem firmamenti et planetarum per quos variantur aspectus planetarum ad invicem ponitur esse causa diversitatis rerum in speciebus figuris et alijs accidentibus.

**Ad rationes** Ante oppositum. Ad primam dicitur quod duplex est finis rei. Quidam est finis primus et essentialis ut est operatio manens in ipsa re et non in alio suscepta ut finis vinctus est vivere. et hoc modo nobilissimum non est propter minus nobile. Alius est finis accidentaliter scilicet operatio agentis in alio recepta per quam fit et suam bonitatem alicui communicat et hic finis magis est perfectio ipsius suscipientis quam agentis. et loquendo de isto fine nobilissimus est propter minus nobile. et hoc modo celum et motus eius sunt propter hec inferiora. Ad secundam dicitur Alexander quod cessante motu celi adhuc fierent generationes et corruptiones in istis inferioribus licet non ita ordinare causam assignat. quia celum non agit solum in hec inferiora per motum suum sed per lumen et influentiam. Nam in centro mundi mirabiles sunt effectus ubi non pertingit motus neque lumen celi. ergo cessante motu celi per lumen et influentiam fierent adhuc generationes et corruptiones. Hic secundum sanctum Thomam est dicendum quod cessante motu celi cessarent omnes motus inferiores. quia motus celi est primus in analogia ad motum et remoto primo in aliquo ordine remouentur omnia posteriora. Et cum arguebatur quod per lumen et influentiam fierent generationes et corruptiones. negatur quia inter ista tria instrumenta que sunt motus. lumen et influentia motus est primus ergo alia duo non mouerent hec inferiora sine motu celi. Nam lumen et influentia in ista inferiora diffunduntur et multiplicantur per motum. Ultra dicitur quod licet manerent elementa contraria non tamen agerent quia virtutes horum inferiorum sunt ita materiales quod non mouent nisi mediante alio.

Ita si et moueretur motus celi ad quem se habent ut instrumenta non plus mouerent nec agerent aut parerentur.

**Figuram autem sphericam**

**Queritur** Sexto utrum necesse sit celum esse sphericum. Arguitur primo quod non quia sphaera est corpus solidum unica superficie contentum. Orbis autem de sua ratione habet duas superficies scilicet concavam et convexam. ergo cum celum habet duas superficies non est sphericum. Arguitur secundo celum potest esse ovalis figure aut lenticularis. quia inter non sequitur aliquo modo mens. ergo non oportet ipsum esse sphericum. Tertio arguitur sic figura spherica est minima cum sit prima omnium figurarum. ergo non est celo proportionata cum celum sit maximum et omnium contentum. In oppositum est philosophus in littera.

**Sciendum** Primo quod postquam philosophus egit de divisione partium situatum celi. et de necessitate pluralitatis corporum et motuum simplicium. Consequenter agit de figura celi antequam agat de modo sui motus. quia si figura aliquid facit ad modum motus celi. et ostendit celum esse spherice figure. primo ex prioritate spherice figure. secundo ratione necessitatis ducendo ad inconuenientia. tertio ex ordinatōne motus celi ad omnes alios motus. Et quarto ex figura omnium inferiorum. Pro prima ratione sit hec prima


**Conclusio** Inter omnes figuras planas circularis est prima. Patet quia unum prius est multis. sed figura circularis unica linea continetur recta linea vero pluribus. quia secundum Euclidem due linee recte superficiem claudere non possunt. Unica vero circularis superficiem claudit. ergo inter omnes figuras planas circularis est prima. tenet consequentia quia omnis figura est circularis aut rectilinea. secundo perfectum natura tempore et diffinitōne prius est imperfecto. sed figura circularis secundum se est perfecta. quia sibi nihil potest addi. recta linea vero imperfecta. quia si sit finita additōem recipere potest. Et si sit infinita est imperfecta quia caret fine. ergo inter planas figuras figura circularis est prima.

**Conclusio** Secunda inter figuras corporales spherica est prima. patet quia corpus spherice figure unica superficie continetur rectilinea vero pluribus. Sed unum est prius multis. Secundo patet quia sicut se habet figura circularis ad rectilineam in planis. ita spherica

rica in foliis. sed in planis circularis est prima  
igitur et. Tercio patet ex dictis platonis qui resol  
uens corpora in superficies non resolvebat corpus  
sphericum. quia licet corpus sphericum sit divisibile in  
partes integrales. non tamen in plures superficies  
es sphericas. Corpus autem rectilineum dividitur in  
plures superficies rectilineas. Quarto patet per  
pythagoricos qui proportionales numeros ad figu  
ras circulo attribuebant unitatem et triangulo du  
aliter quia habet tres angulos equales duos  
bus rectis. Quintus ergo circulus sphericus est prima  
figura. Verum tamen non ingreditur compositionem  
aliam n. sicut unitas compositionem numerorum qua  
re non est penitus similis ordo in figuris et in numeris  
**Conclusio** Tercia totum celum est spheri  
cum hoc est aggregatum ex om  
nibus corporibus celestibus. probatur ex omnibus  
physicis. Prima ratio est quod primo corpori debetur pri  
ma figura. sed celum est primum omnium corporum et  
figura spherica est prima omnium figurarum. ergo ce  
lum est sphericum. Et hoc ergo inferitur quod corpus im  
mediate sibi contiguum sit ut ignis dicitur esse spheri  
cum quia omne contentum a spherico ubique tangens  
ipsum est spherice figure. omnes enim partes ignis cum  
sunt equaliter leues equaliter ascendunt ad concavum  
celi quod est sphericum sicut et est convexum cum celum  
sit eiusdem dispositionis in omnibus suis partibus  
Secunda ratio si celum esset alterius figure quam spheri  
ce tunc sequeretur quod esset corpus sine loco et locus  
sine corpore consequens est impossibile. patet conse  
quentia quia in corpore recte figure quedam partes ma  
gis distant et magis sunt elevate a materia. et alie  
minus. cum ergo celum continue moveatur per min  
elevata quibus veniet ad locum prius magis elevate  
et e contra. et sic sequeretur inconvenientia dicta. Nec  
valet dicere quod si celum sit lenticularis vel ovalis  
figure non sequeretur dicta inconvenientia supposi  
to quod moveatur supra diametrum longitudinis il  
larum figurarum. quia si celum moveretur unico  
motu non venient illa inconvenientia. sed si moveretur  
pluribus motibus ut patuit quia non possunt fieri  
supra eandem diametrum longitudinis aut profun  
dita. is quare sequeretur dicta inconvenientia. Ter  
tia ratio est motus celi cum sit sempiternus conti  
nuus et regularis est mensura omnium aliorum motu  
um. sed in unoquoque genere minimum est mensura  
omnium illius generis. ergo motus celi est minimus  
omnium aliorum motuum. sed minimum motus dicitur de  
locissimus. Velocissimus autem qui est sphericus bre

minimo motu debet  
minime fieri motus  
celi lenticularis vel  
motus

uissimum et in minori tempore sed inter omnes si  
guras redeunt in eundem punctum spherica est minima  
ergo motus celi est sphericus figuram minimam que est spherica. ergo est sphericus. Quarta ratio si aqua sit spherica oportet aerem esse sphericum et si aer est sphericus oportet ignem esse sphericum cum omne tangens sphericum aliquod sphericum se totum sit sphericum sphericum illa superficiem que tangit ipsum. et si ignis sit sphericus oportet celum esse sphericum. sed aqua est spherica. ergo de primo ad ultimum celum est sphericum. Sed quod aqua sit spherica. probatur supposito primo quod cum medium sit locus infimus ille punctus est inferior qui est medio mundi propinquior. Secundo cum aqua sit gravis semper fluit ad loca inferiora. tunc signetur medium mundi per a. et ducantur due linee ad duo puncta signata in convexo aque que sunt a b et a g. Deinde ducatur linea a puncto b ad g. et deinde ducatur linea ad medium mundi dividens lineam a g in puncto d. vel ergo ille tres linee sunt equales vel inequales. si equales per d. sphericum circuli sequitur quod linea ducta per extremitates earum est circularis. et sic superficies aque est spherica. Si vero una illarum sit brevior tunc punctus eam terminans erit inferior. quia propinquior centro. ergo aqua existens in alijs punctis fluit ad illum punctum quousque sit equalis in respectu omnium aliarum lineatarum. ergo aqua erit spherice figure. Sed si diceres tur quod si aqua sit spherice figure sphericum convexum sequitur aerem esse sphericum sphericum concavum sed non sphericum superficiem convexam. Respondetur quod simili ratione qua probatum est aquam esse spherice figure in superficie convexa. probaretur de aere et igne quod hinc convexa spherica variando secundam suppositionem positam de descensu in ascensum. quia sicut corpus gravis sicut terra et aque omnes partes equaliter tendunt ad medium ita corporis levis omnes partes recedunt a medio accedendo ad locum superiorem. Unde patet quod elementa sunt spherice figure. Et qui bus sequitur quod totus mundus sit spherice figure. ymmo magis sphericus quam quodcumque corpus factum naturaliter vel artificialiter. Nam licet in talibus non appareant aliquando concavitates tamen ibi sepe sunt. sed totus mundus est sphericus simpliciter. **Ad rationes** Ante oppositum. Ad primam dicendum quod si sphaera et orbis proprie et distincte sumantur habent illam differentiam que tangitur. Sed hic non capiuntur distincte. sed sphericum capitur hic pro orbicirculari vel circulari. Ad secundam patet solv



tio ex dictis. **¶** No terciam dicitur q figura spherica est minima in occupado locum sed est maxima in continendo quare celo est convenientissima quod omnia continet.

**¶ Quoniam autem est**

**¶ Querit** Septimo utrum celum debeat moveri ad unam partem determinatam scilicet ad ante et ab una parte determinata scilicet a dextro. **¶** Arguitur primo q no quia motus qui essent versus partes oppositas essent oppositi. sed si unū oppositorum est in natura et reliquū ergo rōnabile est celum nō semper moveri ad unam partem sed quandoq; versus aliam. Secūdo si celum semper ita moueatur nō est causa huius querenda cū illud sit perpetuū et sic vane queritur an illud sit rationabile. **¶** In oppositum est philopphus in textu. **¶** Pro respōsione

**¶ Sciendum**

Primo q postq; philopphus determinavit de figura celi que facit ad qualitatem eius motus consequenter agit de modo vel qualitate motus celi. **¶** Cuius quem modū primo determinat questionem presentem. Consequenter vero querit de uniformitate et regularitate eius motus. **¶** Unde quia motui circulari nullus est motus contrarius questio prima maiorem habet difficultatem quia si motus circulares facti sū diversas partes essent contrarij oporteret q si unus motus sit in natura etiam et reliquus est.

**¶ Sciendam**

Verando q in sempiternis nihil est a casu vel fortuna cum ea que sunt a casu et fortuna sunt extra semper et frequenter quia igitur celum est sempiternū et etiam motus eius ut patet octavo phisicorum in principio huius secūdi libri. **¶** Vno neq; celum neq; motus eius neq; modus sui motus possunt esse a casu vel fortuna quare oportet q ille motus et consequenter modus eius sit prima causa vel q habeat causam determinatam. **¶** Sed non potest esse prima causa quia omnis motus est ab aliqua causa mouente que prior est ipso motu ergo habet causam determinatam quare non est vānū querere de causa motus et de modo motus eius. **¶** Sed diceret aliquis velle de omnibus assignare et inquire causam est signū stulticie aut magne psumptionis. **¶** Stulticie quidem quia nescit discernere inter facilia et difficilia. **¶** Presumptōis vero quia ignorat mensuram sue proprie facultatis ad inquir-

tionem veritatis. **¶** Respondet philosophus q licet in hoc aliqui sunt incepani non tamen instū est simpliciter omnes incepare sed ad duo attendere oportet. **¶** Primo ad causam que mouet aliquē ad sic inquirendum scilicet an hoc facit ad vanam gloriam et ad ostentationem sue sapientie et talis incepanus est. **¶** Vel hoc facit propter amorem veritatis et tunc attendere oportet an talis attingat ultra cōmunem modum hominū aliquam causam firmiorem veritatis propter quam asserit talem veritatem vel non. **¶** Si non talis nec est incepanus nec laudandus. **¶** Sed si sic est laudandus et sibi debentur gratiarum actiones. **¶** Et talem rationem inuuit Aristoteles se inuenisse de questione presenti

**¶ Conclusio**

Rationabile est celum moueri ab una determinata parte scilicet a dextera et semper moveri ad unam determinatam partem que dicitur anterior sicut ē punctus meridiani. **¶** Probat philosophus quia cum natura sit mota a primo quod est bonum per eternitatem de contingentibus facit illud quod melius est et honorabilius ergo celum dicitur moueri meliori et honorabili modo quo possit. **¶** Sed ille motus localis est nobilior qui fit ad partem nobiliozem quia sicut motus capit formam a termino ad quem ita et bonitate. **¶** Sed in celo dextera pars ē dignior sinistra et anterior posteriori sicut etiam in animalibus quare cōueniens est celum moueri et incipere a dextera et non a sinistra et versus partem anteriorem et nō versus posteriorem sicut enim videmus in animali q motus incipit a dextere et fit ad ante. **¶** Et cum motus celi sit vnus continuus et sempiternus et ad vnitatem motus requiritur q nō sit interpositis q̄eris q̄ tñ oporteret si celi reflecteret versus oppositam partem ab illa versus quam nūc mouetur ergo oportet celum nunq; habere talez reflexionē sed semp moueri incessanter versus partem honorabiliorem. **¶** Ex ista respōsione patet q in celo vna pars ē anterior et alia posterior et q̄ anterior nobilior est posteriori. **¶** Et ut dicit ratio celum mouetur versus digniorem partem quare in celo est ante et post que debet capi nō sū aliquas partes integrales celi sed debent capi sū determinatis natuz situm sicut prius dictum est de dextere et sinistro. **¶** Sed si argueretur q Aristoteles prius diuersitatem celi ostendit per hoc q celum incipit moueri in quadam determinata parte per hoc q mouet ad aliquam partē determinatā. **¶** Nūc autem ex di-

diversitate partium celi assignat causam quare celus  
mouetur ad determinatam partem et a determina-  
ta parte. ergo comittit circulationem. Responde-  
tur qd motus celi non est causa diversitatis par-  
tium celi sed virtus motiva substantie intellectua-  
lis mouentis celus diversimode distributa in diue-  
fis partibus celi est causa diversitatis illarum par-  
tium celi et diversitas partium celi est causa mo-  
di motus ipsius celi. sed ille modus illius motus be-  
ne est signum diversitatis partium celi. Quas-  
re quando per motum celi ostenditur qd in eo sunt  
diuere partes distincte ex natura rei proceditur p  
signum. Sed quando ostenditur qd velit incipere  
moueri a determinata parte ad determinatam p-  
tem per diversitatem partium celi est demonstratio  
per causam et sic non comittitur circulatio. quia demo-  
stratio qd est variatur in demonstrationem. Appert  
quid. cuius simile est du p motu vene pulsatis co-  
cluditur cor moueri per signum et causa motus il-  
lius vene assignatur per motum cordis

**Ad rationes** Ante oppositur. Ad pri-  
mam dicitur qd illi mo-  
tus non sunt contrarii sed habent modum oppositio-  
nis sicut quid. Ad secundam dicitur qd licet in primo  
sempiterno qd est sempiternum per essentiam non  
sit causa querenda tamen in hijs que sunt semper-  
na per participationem sicut est motus celi potest  
inqui causa

**De motu at ipsius qui**

**Queritur** Octavo utrum motus celi sit uni-  
formis et regularis. Arguit  
primo qd non qd partes propinquiores polis tardius mouentur  
distantioribus a polis. Sedo In motu planetarum  
accidit variatio sic qd planeta est quandoqz directus  
et quandoqz retrogradus. quandoqz stationarius  
eius. ergo motus celi saltem quo ad partem eius  
est irregularis. In oppositum est Aristoteles in  
libra. Pro responsione

**Sciendum** Primo qd postquam philo-  
sophus assignauit cau-  
sam remotam motus celi. quare scilicet versus unam  
partem et nunquam versus aliam partem mouetur  
hic consequenter agit de modo motus celi quantum  
ad suam regularitatem

**Sciendum** Secundo qd aliqui pos-  
uerunt differentiam in-  
ter motum uniformem et motum regularem. quia  
uniformitas sumitur sicut partes mobilis quando

omnes partes equali velocitate mouentur quare  
dixerunt nullum corpus specicum uniformiter mo-  
ueri. Sed regularitas sumitur sicut tempus scilicet  
cum sit equalis velocitas motus in toto tempore  
Sed de hac differentia philosophus nullam facit  
mentionem. Sed motum regularem vocat cuius  
non intenditur neque remittitur velocitas. sed in om-  
ni parte temporis est eadem velocitas.

**Sciendum** Tertio qd alia de causa  
motus circularis dicitur  
regularis et motus rectus naturalis. Nam motus  
circularis non est velocior in uno tempore quam in alio  
nec est velocior in fine quam in principio. Motus autem  
naturalis rectus qui fit in medio uniformi veloci-  
or est in fine quam in principio. non tamen propter hoc est irregu-  
laris. Sed notat qui fit in medio uniformi tunc enim  
resistentia manet eadem et potentia motiva augmen-  
tatur. Si autem ipsum medium non esset uniformi. sed  
in fine esset maioris resistentie quam in principio tunc  
possibile esset talem motum esse tardioris aut eadem ve-  
locem in principio et in fine. Sed quando querit de  
causa illius velocitatis dicitur qd hanc est propter virtutem attractiuam  
loci que naturaliter tanto magis attrahit quanto corpus loca-  
bile in eo est sibi propinquius. Sicut in simili magnes tam-  
to velocius attrahit aliquid quanto sibi est propinquius

**Conclusio** Motus primi celi est re-  
gularis. Probatur con-  
clusio quatuor rationibus. quia si esset irregularis  
in eo contingeret intensio velocitatis. et virtus  
talis intensio id est status. sed omnis inten-  
sio velocitatis accidit in principio motus vel in  
motu violento. vel in fine ut in naturali. vel in me-  
dio ut in motu proiectorum id est animalium. sed in  
motu primi celi non est principium medium vel fi-  
nis. neque sicut duracionem cum sit sempiternus. nec  
sicut magnitudinem cum sit circularis. ergo in mo-  
tu primi celi non potest esse remissio vel virtus.  
Et si queratur quid Aristoteles intelligat per mo-  
tum proiectorum. Respondetur qd ipse intelligit per  
motum proiectorum motum animalium qui non est  
simpliciter sursum nec simpliciter deorsum. sed ad  
latus sicut modum motus proiectorum. qui quidem motus  
est velocior in medio. quia organa motus ani-  
malis nondum sunt in principio expectata vel ca-  
lescentia. In fine vero sunt defessa. Secunda ratio  
est si in illo motu esset irregularitas vel illa ir-  
regularitas proueniret ex parte mobilis vel moto-  
ris vel utriusque. non mobilis. quia primum celum  
est simplex ingenium incorruptibile et omnino in-

transmutabile. et ergo semp̄ est in eadem dispositio-  
ne ad susceptōnem motus et ad obediendum mo-  
tori. et cum motor sit prestantior mobili sequitur  
q̄ motor primi mobilis scilicet celi est simplex et  
omnino intransmutabilis. ergo semper est in eadē  
dem dispositōne et virtute ad mouendum. ergo ex  
parte sui nō est irregularitas in motu celi. **T**ertia  
ratio. **S**i primum celum irregulariter moueretur  
vel esset verum de toto vel de partibus sc̄z astis  
nō secūduz. quia tunc iam vidissemus astra in se  
uariata in elongatione et in appropinquatōe quod fal-  
sum est. **N**ec de ipso toto. quia tunc remitteret motus  
eius. sed omnis remissio motus fit propter impo-  
tentiam et defectum. et defectus et impotentia est  
preter naturam ut seminum et decrementum in ani-  
mali conungit preter naturam. q̄ sc̄z animal est  
mixtum ex elementis quorū nullum est in animali  
existens in suo loco proprio et naturali. **E**t quia q̄d  
est preter naturam non potest semp̄ esse. tandem  
dissoluitur elementa et animal corripitur. sed pri-  
mū celum est corpus simplex nō positū ex elemē-  
tis nec in se habet aliqd̄ cōtrarietatis. et est in loco  
naturali quare in eo nō est defectus vel impoten-  
tia. ergo neq̄ remissio in suo motu. **E**t si queratur  
quare omnis impotentia et defectus est preter na-  
turam. **R**espondetur q̄ intelligitur de natura in p-  
trialari que bonum et cōseruatiōem indiuidui inter-  
dit p̄. nō sub ordine nature vniuersalis nō cadunt  
defectus et corrupciōnes. **I**psa enī ordinat corrup-  
tiōnem vniuersis ad generationē alterius. **A**ltima  
ratio. **S**i motus primi celi esset irregularis vel sem-  
per intenderet vel semp̄ remitteret vel pro vna me-  
dietae temporis intenderetur et pro alia remit-  
teretur. ut vicissim pluries intenderetur et remit-  
teretur nō primū. quia si semp̄ intenderetur et si m-  
p̄ remitteretur ille motus esset indeterminatus cū  
nō haberet terminū velocitatis aut tarditatis q̄d  
est itea rationabile. quia omnis virtus est determinata  
ad maximum et ad minimum. **N**ec secūduz nam  
medietas temporis infanti est infima et in infini-  
to tpe duraret vel iam durasset remissio celi. que  
tamen accidit s̄m impotentiaz que est preter na-  
turam ergo aliquid existens preter naturam iam  
durasset in infinito tempore vel duraret in futuro  
quod est inconueniens. q̄a quod est preter naturam  
ut in pauoribus contingit. **I**tem esset in conueni-  
ens q̄ tempus eius quod esset preter naturam ēēt  
equale tempore illius quod esset s̄m naturam. ergo  
tempus impotentia vel remissionis nō potest esse

equale tempore potentie vel intensiōnis. ergo non  
potest pro vna medietae intendi et pro alia rem-  
itti. nec potest dici tertium. quia non posset dari  
causa quare in vno tempore plus intenderetur  
vel remitteretur p̄ in alio tempore. et sic hoc dices  
te est quodammodo simile fictōi. **I**tem si vicissim  
intenderetur vel remitteretur hoc dederet nobis ap-  
parere. quia contraria iuxta se posita sensibilia  
ea fiunt. sed cum hoc nobis non apparet. ergo  
motus primi celi non est irregularis. **E**t similiter  
posset argui de motibus inferiorū orbium. **S**ed tñ  
rationes **A**ristotelis magis applicantur ad primū  
motum. quia in s̄peris inferioribus apparet quēdam  
irregularitas p̄pter pluralitatem motuum eius de-  
s̄per. **E**t etiam p̄pter pluralitatem motuum eius  
des̄ planete q̄. ut s̄m veritatem in nullo illoz mo-  
tuū sit irregularitas. **T**um etiam licet alij motus  
sint regulares. tamen primus est regularissimus  
quia est mensura omnium alioz motuum. et men-  
sura omnium aliorū generis debet esse regularissi-  
ma. alias non esset certissima.

**A**d rationes. **A**n̄te oppositum. **A**d  
primam dicitur q̄ il-  
lus non impedit regularitatem motus. quia est eq̄  
lis velocitas totius motus celi per totum tempus.  
**A**d secundam dicitur q̄ licet in aliquo orbe infe-  
riori appareat irregularitas motuum p̄pter plura-  
litatem motuum illi orbi zumentū. vel etiā in mo-  
tu aliorū planete. tamen s̄m veritatem ibi non  
est irregularitas. quia quilibet motus totalis ali-  
cuius orbis est regulat̄s.

**Q**ueritur. **A**n̄. utrum ad saluandū  
ea que apparent in motibus  
planetarū sint i celo ponēdi circuli ecētri et epi-  
cidi. **A**rguitur primo q̄ non. quia cum celum  
sit corpus simplex debet esse vnius nature in omni-  
bus suis partibus et per consequens vnius figure  
ergo non est in eo tanta diuersitas circulozum  
**S**ecundo sic arguitur si sic sequeretur q̄ nullus es-  
set locus des̄su n̄ simpliciter. **P**robatur consequen-  
tia quia tūc essent diuersi circuli habentes diuersa  
centra illud quod esset des̄sum respectu vnius cir-  
culi non esset des̄sum respectu alterius circuli. qua-  
re nullum centrum esset des̄sum simpliciter. **T**er-  
cio sic arguitur si ponantur ecētrici i celo cū celi cō-  
tinue et vniōzmiter moueatur tunc pars magis  
eleuata circuli ecētrici q̄q̄z veniet ad locum ma-  
gis depressum. ergo ibi esset penetratio dimensio-  
num. ergo in celo esset ponendū aliquod vacuum.

In oppositum est Ptholomeus et ceteri astrologi posteriores ipsum sequentes.

**Sciendum** Primo q̄ circulus æcentricus dicitur cuius centrum est idem cum centro mundi et dicit a centro q̄ est simul et centrum. Sed circulus eccentricus est qui continet centrum mundi habens tñ suum centrum extra centrum mundi. Et dicitur ab e quod est extra et centrum. Et tales eccentrici sunt triplices. Nā quidam est eccentricus s̄m superficiē concavam tñ. Alius s̄m superficiē convexam. Tertius s̄m utramq̄. Unde eccentricus s̄m utranq̄ superficiem dicitur circulus deferens corpus planete et movet ad motum eius. Et ps̄ circuli eccentrici magis distans a centro mundi vocatur aux̄. i. elevatio. Sed pars opposita dicitur oppositum aux̄. Et portiones in termedie dicuntur stationes. Sed epiciculus est idem q̄ parvus circulus nō continēs centrum mundi sed est in circuli deferentia circuli deferentis ubi habet suū centrum. Et dicitur ab epi q̄ est supra et circulus. i. circulus quasi supra circulum existens in cuius circumferentia movetur corpus planete. Unde in tali circulo quattuor puncta describuntur primā ḡinando duas lineas procedentes a centro mundi etcludentes illum circulum una versus orientem et alia versus occidentem. Unde punctum tangens lineā versus orientem dicitur statio prima. Punctum versus sibi oppositum est statio secunda et planeta existens in illis duobus punctis dicitur stationarius. Sed arcus superior interceptus inter illas duas lineas dicitur directio et planeta in eo existēs dicitur directionari. Arcus inferior dicitur retrogradatio et planeta in eo existens dicitur retrogradus.

**Sciendum** Secundo q̄ per artem et per experientia in motu planetarum apert̄ sunt duo accidentia ratione quorum aliqui posuerunt istam diversitatem in celo. Primum est q̄ idem planeta citius prætransit unū signum q̄ reliquū quāvis planeta semper equaliter moveat̄ signa sunt equalis longitudinis. sicut sol citius prætransit capricornum q̄ cancerum. Secundū q̄ idem planeta citius prætransit unum et idem signum in uno tempore q̄ in alio.

**Conclusio** Prima. Ad salvandum primam diversitatem motus planetarum necesse est ponere circulos eccentricos in quibus moveatur planete. probatur quia cū planete semper equaliter moveantur et signa sunt equalis longitudinis non potest assignari ratio quare un⁹ planeta citius prætransit unū signū q̄ reli-

quū nisi ponēt q̄ circuli deferētis haberet partes p̄tes s̄b uno signo q̄ s̄b alio q̄ fieri nō p̄t nisi ponat̄ eccentricos. ergo oportet ponere circulos eccentricos. Unde si ducantur due lineæ a centro mundi usq̄ ad signum concludēt̄ ipsum semper in parte distantiori a terra maiorem distantiam continebunt q̄ in parte p̄nquiori sub illo signo. quia hec est natura linearū p̄cedentū ab eodē centro q̄ tāto plus a se invicem distant q̄to plus a centro elongantur.

**Conclusio** Secunda ad salvandum secundam diversitatem necesse est ponere circulos epiciclos. Patet quia cū planeta equaliter moveat̄ in uno tpe sicut et in alio et unum signū semper sit equalis longitudinis et etiam planeta motu circuli deferentis semper equaliter moveat̄ non possit assignari quare idem planeta citius transiet unum signum uno tempore q̄ in alio nisi præter circulum deferentem. et motum eius ponētur in circumferentiā circuli deferentis quidā circulus cuius motu reduceretur planeta in signum contra motum deferentis. et talis circulus dicitur epiciculus. Unde quando talis planeta est in statione prima tūc in motu deferentis et motu epiciculi exit signum. et quia illi motus simul p̄cedunt velocitate planeta per concursum duorū motū ad eandem partem. Quando vero est in statione secunda motus epiciculi reducit planetam in signum contra motum deferentis. ideo tunc tardius exit illud signum q̄ dum est in statione prima. Item videmus ad sensum q̄ in macula lune pars que est superior in ascensu est etiam superior in descensu quod non posset fieri nisi præter motū deferentis haberet alium motum in epiciculo. Unde ulterius advertendum q̄ caldei inveniunt primo istos circulos et cui libet planete attribuerunt circulum epiciculi in tempore sole. Sed in motu solis non reperitur secunda diversitas sed prima tñ. ideo habet eccentricam et nō epiciculi. Aristoteles tamen de ipsis nullam fecit mentionem. s̄ illis planius agitur in ultimo tractatu de s̄tera. Alij vero dixerunt q̄ omnes orbēs celestes eadem virtute primi mouentis moveantur que virtus diffunditur in diversis orbibus. tamen diversimode. nam intensior est in p̄nquiori et remissior in distantiori. ideo quanto aliquis orbis magis distat a primo mouente tardius moveatur. et cum unus planeta distantior est aliquando q̄ prius tardius moveatur. et præter hanc retardationem indicamus aliquos orbēs et planetas moveri ab oriente in occidentem. cum tamen ita non sit. Sed licet hec opinio dicat verum in hoc



p motu diurno q' dicitur  
p motu qu' h3 i zodiaco q'

nocte et in die Sol em habet duplicem assensuz vt patz in hyeme et in estate. qz sol inter ceteros planetas magis est causa calozis. Na sol habet duplicem ascensum unum habet p motum diurnum quo de mane ascendit et de nocte descendit et fm hunc ascensum maior est calor de die q' de nocte. Alium habet ascensu per motum que habet in zodiaco quo ascendit capitis nostris seu ad zeme capitis nostris in estate. Et fm hunc ascensum maior est caliditas in estate q' in hyeme. Sic ergo ista

**Conclusio** Astrea sunt de natura suorum orbium et no de natura ignis.

Primum patet. qz in simplicibus pars est eiusdem nature cuz suo toto sed astrea sunt ptes orbium in quibus sunt. qz dicit zmentator. Asteu est densior ps sui orbis. Secundo unumq'oz est eiusdem nature cum eo in quo est naturaliter. quia loca sequuntur naturez reru in quo sunt. sed astrea sunt in suis orbibus et non in igne et in ipsis mouentur ergo sunt de natura suorum orbium. P'ca pars patet. qui celum est alterius nature ab alijs elementis eo q' naturalit' mouet' motu circulari elementa vero motu recto. Sed astrea mouentur circulariter vt patet ad sensum et hoc fm natura quia semp tali motu mouetur ergo non sunt de natura alterius elementi. Item Antiqui dixerunt astrea esse de natura ignis. quia credebant ipsuz celi esse de natura ignis vt dictum est vnum q'oz est eiusdem nature cu eo in quo est naturaliter. Cum ergo celi sit alterius nature ab alijs elementis sequitur q' astrea no sunt de natura ignis. Sed obijceretur p'ca p'ima ptem conclusionis. Nam astrea videntur contrariari orbibus in quibus sunt qz astrea sunt densa et luminosa vt dicit commentator et etia patet ad sensum hoc autem no conuenit alijs p'ibus orbium. Respondetur q' no quecumq' diuersa sunt contraria requirit em contrarietas duo. primo quia contraria possunt fieri in eodem subiecto p'p'quo vel res moto. licet em ignis no potest esse frigidus tamen in natura eius que est p'imum subiectum potest fieri frigidus stante natura ignis sub alia forma. Seco q' contraria illa non possunt esse simul in eodem subiecto. modo in celo neq' p'imum subiectum neq' p'p'quu in quo est densitas p' fieri rar' et e'z'is. It' raritas et d'nsitas in celo no contrariant' si cur' in istis inferiorib'. s' p'nt' e'z'ra se hnt h' et ibi. Nam inferiora quanto sunt d'nsiora tanto magis sunt passiva minus actiua et minus lucida. sed in celo e'contra c'ingit. Cuius ratio est quia tota sp'ra inferior' comparatur ad celum vt' passiuum ad

actiuum. quia oportet q' sit contraria habitudo in inferioribus et superioribus. Sed vltra obijceretur si astrea sunt eiusdem nature cum suo orbe cum tamen sint diuersi orbes in raritate et densitate p'mo diuerse partes vnius orbis. ergo videtur q' celum non sit simplex corpus. Respondetur q' celum non est compositum ex contrarijs p'mmo est vnius nature. licet bene sit diuersitas in partibus vnius orbis fm qualitates accidentales. vel in diue'is orbibus sit diuersitas fm sp'em

**Ad rationes** Ante oppositum. Ad primam dicitur q' maior solum habet veritatem de his que sunt a genere vniuoco. modo calor ex lumine et motu astro cum solum est vt a causis equiuocis. Secundo dicitur q' esse lucidum non est p'p'ium ignis. quia lux vel lumen est qualitas v' p'p'ietas q'oz conuenies comunit' superioribus et inferioribus adhuc primo conueniens superioribus. et vt lux in inferioribus est p'p'ie vocat' lumen. lumen em no est nisi lux parti cipata. Tercio dicitur q' esse calidum formaliter et per se est p'p'ium igni. sed calidum esse virtualiter et effectiue primo conuenit soli et alijs astris.

**Queritur** Undecimo vtrum omne astrum aliud sole lumen a sole recipiat.

Requitur primo q' non. quia si sic omne astrum paulatim et successiue deberet illuminari sicut et ipsa luna. sed hoc est contra experientia. ergo et. Secundo sic in ordine corporis vniu'isi superiora se digniora. ergo lumen suum no recipiunt ab inferioribus. sed multa sunt astrea superiora sole. ergo et.

In oppositu est p'us in textu.

**Sciendum** Primo q' ad hoc q' aliquid quod corpus luceat p'io requiritur q' in se lumen habeat. secundo requiritur q' lumen in tali corpore sit bene compactum et unitum. et p'pter hoc aer quia est rarus non lucet quous lumen habeat. Similiter partes orbium distincte a stellis et planetis non lucent p'pter eandem causam. Et si dicat q' in tempore sereno aliquod aliud ab astris in celo visu percipimus. Respondet ur q' illud quod sic percipimus no est celum neq' aliqua pars eius. sed est aer qui p'pter sui magnitudinem visum nostrum quodammodo terminat. et p'pter distantiam eius a nobis iudicamus illam partem sic visum nostrum terminantem ipsis astris continuari. Et istis sequit' q' sol ceteris astris maxime debet esse lucidus. Primo p'pter eius magnitudinem et ideo habet maius lumen. Secundo modo p'pter eius spissitudinem vel densitatem. ideo lumen

ius est sume calidum intensum et vnitum. **T**er-  
tio propter eius actualitatem et actualitatem. iteo  
lume suū penetrabilis et quolibet alio lumē. **Q**uarto  
q' ex sua p'p'ia natura sibi cōuenit. et em' ex sua natura  
dominū supra ignem qui est maxime calidus qua  
re oportet solem habentē tale dominū esse maxi-  
me lucidum. quoniam lux siue lumen est maxime ex  
lois et specialiter lumen solis. sicut docet experi-  
entia. celum dō stellatum habet dominum supra ter-  
ram. luna autē supra aqua. **A**liē autēz planete su-  
pra aerem. sic ergo p'pter illas causas rōnabile est  
solem esse maxime lucidū.

**C**onclusio **O**mne astrum aliud a  
sole lumen suū recipit a  
sole probat quia quādoocūq' aliquid in pluribus  
reperiē. necesse est q' vni illorum p' prius conueniat  
sed lux in pluribus inuenitur. ergo necesse est q' pri-  
mo et p' se vni illorum plurius conueniat illud autē  
est sol. **Q**uod sic p'bat p' expositionem nominis  
quia p' antonomasia dicitur quasi solus lucēs. **P**e-  
cundo quia illud q's in aliquo ordine prius est ma-  
gis tale primo et p' se est magis tale. **S**ed sol inter  
omnia astra est magis lucidus p'pter dictas cau-  
sas. ergo primo et p' se lucidus est. **E**t tunc p'seque-  
nter sic arguitur. prius in vnoquoq' genere est cau-  
sa illorū oim' que sūt illius generis. sed sol i genere  
lucidorum prius est. ergo est causa luminis in omni-  
bus alijs et p' p'sequeus omnia alia lumen recipiūt  
a sole. **I**tem sicut est in minori mundo ita rationa-  
bile est estimari in maiori. sed in homine qui minor  
mundus dicitur quia similitudine n'a. ois mundi  
gerit ipm cor q's ponitur in medio corporis est for-  
male et fontale principū vite a quo influunt vita  
omnibus alijs p'tibus corporis. **I**tem a simili sol qui  
est in medio planetarū erit primum et formale prin-  
cipium luminis. et ab ipō etiaz diffunditur lumen  
omnibus astra. ergo cōclusio vera. **E**t si queratur  
an lumen sit eiusdē virtutis in omnibus astra. et  
videtur q' sic. quia ab eodem fonte procedit. **R**e-  
spondetur q' lumen dupliciter accipitur. **V**no modo  
in se et absolute et sic q' tūc ē de se est causa caloris  
Alio modo fm esse q's habet in suscipiente. et fm  
q' cōtrahit diūsas virtutes fm diūsas natus as-  
trozum in quibus recipitur. quaz quedam frige fac-  
tiua sunt et quedā humefactiua. quedaz ca' ē facti-  
ua et quedam desiccatiua. quia omne receptum in  
recipiente est non per modū recepti sed per modū  
recipientis cui simile est. **N**az calor ex sua natura  
p'p'ia habet incinerare. et tamen vt est instrumē-  
tū aie vegetatiue habet cōseruare alimentū i substā-

tiā viuētis. **E**t si querat vtrū omnia astra alia a  
sole sint eque lucida. et videtur q' sic ex iam dictis  
quia habet eōdē principium. **D**icendum q' non. et  
hoc contingit p'pter diūsas naturas ipsorū astro-  
rum. **Q**uedam enim astra sunt pure et nobilissi-  
me substantie. et ideo ita clarum lumen recipiunt  
vt si sit in eis qd' obscuritatis sicut contingit in io-  
ue. **I**n quibusdam vero astra lumen inclinat ad ru-  
bedinem vt contingit in marte. **I**n quibusdam ve-  
ro ad pallorem sicut in venere. **I**n quibusdam ve-  
ro ad albedinem vt in galaxia. et ita diuersimode  
recipitur in diuersis fm diūsas dispositiones ip-  
sorū astrozum.

**A**d rationes **A**utē oppositum. **A**d  
primam dicitur negā-  
do consequentiam. **E**t ratio est quia luna inter ce-  
tera astra materialior est et grossior. et ita diffici-  
lius est penetrabilis per lumen solis. **I**tem soluz lu-  
men pro dimidia parte recipit. et in illa parte  
lucet quia ipsi soli subicitur fm oppositionem  
Alia dō astra cū lumē solis in vna p'te tēgāt stati-  
p' totū corpus eorū diffundit lumen p'pter eorū sub-  
tilitate. **A**d secundam dicitur q' natura sa-  
gax solem sic ordinauit in medio astrozum qui est  
principium f'stāle luminis in omnibus alijs et pa-  
ter vite in istis i'ferioribus. **S**i enim mag' s' dista-  
ret a nobis p'pter nimiam distantiam causantem  
frigiditatem animantia viuere non possent. **S**i  
vero p'p'inq'ior esset etiam nimis calefaceret. igitur  
in medio astrozum recte et sagaciter ordinatus ē  
**P**otest etiam dici q' et si sol illuminet astra supe-  
riora. tamen ipsa corpora superiora sole influunt  
aliquid nobilius ipsi soli q' sit lumen quod recipi-  
unt ab ipso sole. **A**liet dicendum est q' licet in or-  
dine corporū vniuersi superiora sint digniora fm  
p'p'ietate et p'fectiora. tamen non est inconueniēs  
q' aliquis planeta inferior fm aliquam qualitas-  
tem specialem excedat alios et sit p'fectior alijs  
fm quid. et sic est de sole respectu superiorū orbium

**Q**uā autēz videt vtrūq'  
**Q**uerit **A**utē astra mouentur motu p'prio  
distinto a motu suorū orbium.  
**A**rguit primo q' sic. qz astra sūt corpora naturalia  
distincta a suis orbibus. ergo habet motū aliū a mo-  
tu suorū orbium. **C**onsequentia tenz qz corpus natu-  
rale simplex aliquo motu p'prio naturalit' est mobile  
**S**ecūdo sic astra sunt spherice figure. sed spherica fi-  
gura aptissima est ad motum. et ergo astra apta  
nata sunt moueri aliquo motu proprio. qz alias

seu terra eis data esset talis figura. **Tercio** arguitur sic luna in epicyclo suo circūgirat. ergo mouetur motu proprio alio a motu sui orbis. et per consequens ita erit de alijs astris. Item sicut sol in ortu et occasu circūgirat videtur. et stelle fixe videtur scintillare et ita videtur habere motum proprium alium a motu suorum orbium. In oppositū est phis

**Sciendum** Postquam phis egit de natura astrorum. Consequenter agit de motu eorum. Et primo ostendit quod ab oriente in occidentem et e contra non mouentur motu proprio. sed solum mouentur ad motum suorum orbium in quibus sunt. Deinde ostendit quod orbis et astra per motus suos non causant sonos et notiones de quo in questione sequenti videbitur.

**Conclusio** Responsalis Ad primum que fieri. astra circa axem mundi ab oriente in occidentem et e contra non mouentur motu proprio sed mouentur solum lata per suos orbis in quibus sunt. Probat ista conclusio tribus rationibus. Quarum prima format ex sufficienti inductione et per modum diuisionis que talis est. Quod vel astra et orbis simul ab eo quiescunt. Vel ab eo simul mouentur motibus diuersis. Vel astra mouentur et orbis quiescunt. Vel orbis mouentur et astra quiescunt. sic quod non mouentur motu proprio alio a motu sui orbis. Non potest dici primum. quia cum terra semper quiescat in medio mundi ut nunc supponitur et postea probabitur non possit assignari ratio diuersitatis que apparet in ortu et occasu astrorum et in ascensu et descensu super emispherium nostrum et etiam in elongatione et appropinquatione planetarum ad viciniam et ad aliquas stellas fixas. Nec potest dici secundum. quia cum videmus astrum in et circulum in quo est simul plerumque suas circulations. vel hoc esse a natura vel a casu non naturaliter quia nos videmus quod in motu naturali maiora corpora velocius mouentur minoribus ut maior terra minore. et maior igitur minor. et etiam in celestibus quo ad motum diuersum maior orbis velocius mouetur minoris ita etiam in eodem orbe maiores circuli hoc est distantiores a polis velocius mouentur minoribus qui sunt propinquiores polis. igitur non potest fieri quod astra in velocitate astraque naturaliter suo circulo. Item si transferantur astra ita quod illa que sunt in minoribus circulis hoc est in propinquioribus polis ponerentur in maioribus hoc est in distantioribus. et etiam astra que sunt in minoribus spheris ponerentur in maioribus et e contra. si velocitates astrorum proportionentur velocitatibus circulorum astra minorum circulorum posita in maioribus velocius

mouebuntur quam prius mouebantur et per consequens in suis proprijs circulis non habent naturaliter proprios motus. Nec iterum dici potest quod hoc a casu contingat. quia ea que a casu contingunt. raro et in paucioribus contingunt modo in omnibus astris videmus quod simul plerumque suas circulations cum suis circulis in quibus sunt quod non contingit a casu. Item ea que sunt a casu preter naturam contingunt. non in celestibus nihil est quod contingit preter naturam ut prius dictum est ergo et eodem modo probatur quod non potest dici tertium membrum scilicet quod astra moueantur et orbis quiescant. quod si transferent astra de maiori circulo in minorem et e contra oportet quod variarent suas velocitates. Et ergo ex propria natura non habent velocitates determinatas. sed ex ipsa natura et positionibus circulorum in quibus sunt. Item si astrum moueretur et orbis quiesceret ipsum astrum dissolueret et discurreret substantiam sui orbis si moueretur infra orbem. vel dissolueret substantiam orbis proprii sui orbis si moueretur in superficie sui orbis. Vel oporteret dicere quod orbis si essent proprii et quod inter eos esset aliquod corpus passibile quod diuelleret astrum motum in superficie sui orbis que omnia improbabilia sunt. quod prius ostensum est quod celum est impassibile. et sic patent tria membra improbata. Relinquitur ergo quartum quod scilicet orbis mouetur et astrum in quiescit in firmamento suo orbis sic quod non mouetur alio motu a motu orbis. Et sic ponendo nulla sequitur inconuenientia. **Secunda** ratio sumitur ex figura ipsorum astrorum. Nam cum astra sint de natura suorum orbium ut prius probatum est. et cum orbis sint sphericę figure igitur illa astra esse spherica. Sed corporis spherici non possunt esse nisi duo motus proprii scilicet circūgirationis et volutationis. Si igitur astra proprio motu mouerentur aliquo istorum mouerentur. sed neutro istorum motuum mouerentur. Quod patet primo de circūgiratione. quia corpus motum motu circūgirationis licet per partes mutet locum subiecto et ratione tamen totum non mutat locum subiecti. quia axis et poli corporis sic moti immobiles sunt. ut patet in motu rote in molendino seu in mola fabri. Sed omne astrum mutat locum suum ratione et subiecto. quia omne astrum vadit ab oriente in occidentem vel e conuerso. igitur nullum astrum mouetur motu circūgirationis. Item cum omnia astra sint eiusdem figure et de natura quędam corporis si unum circūgiraret ita et omnia circūgirare deberent. sed nullum astrum videtur circūgirare nisi solus sol et adhuc non semper. sed distat in ortu et occasu. et adhuc sicut rei veritate non circūgirat. sed circūgirate

apparet ppter eius mimā distāciam a visu nostro & mimā eius claritatem ppter quam distāciam visus mimis in longū porrectus tremet. et ppter mimā claritatem quodammodo resoluitur spiritus sensitivus. Ideo nō potest visus rectum iudicium habere de ipso sole. si iudicat ipm solem circūgirare et tremere qz ipse visus quodammodo tremet et circūgirat. Tū ad iudicandū aliquam rem moueri nihil differt illā rem moueri aut ipm visum moueri. qz si res quiescat et visus moueatur nihilominus iudicamus rem moueri. Et etiā ppter eandē eā iudicamus stellas fixas scintillare ppter mimā eaz distāciā a nobis visus em̄ fit sub piramide radioſo cuius conus ē in oculo. et q̄to visibile magis distat tāto magis subtiliatur et acuitur con⁹ et q̄to magis subtiliatur tāto magis vnit se visus in receptōne radij luminosi vt ipm percipere possit. et vniendo se quodammodo tremet iō iudicat rem visam tremere. Sed planete q̄ p̄m q̄o res sunt nobis stellis fixis nō iudicantur scintillare. Expto Mercurio ppter eius mimā paruitatē. et ideo in greco dicitur scintillō. sic ergo p̄ qz astra nō circūgirant. Dem̄ ostenditur qz nō mouentur motu voluntatis. qz quod sic mouetur mutat de facie ad faciem. sed astra non sic mutant p̄mo cuiuslibet astri eadē facies sp̄ manet vsus nos qd̄ satis ex macula lūe sp̄prehendit. ideo nō mouentur motu voluntatis quare sequitur qz non mouentur aliquo motu proprio. Et si queratur qualiter causat talis macula in luna. Respondet quidam qz apparet ppter interpositiōem alius corporis grossi et opaci inter visum nostrum et ipam lunam. non qz in ipso corpore lūe similitudinem sit una pars obscurior alia sed solū similitudinē. H̄ istud sustineri non potest. qz ita dicendo nō dederet apparet in eadē parte ipsius lune. Cuius oppositū unusquisqz per se ipsum experiri potest. et per idem nō potest sustineri alius modus dicendi quorūdam ponentium qz macula illa est similitudo quorūdam corporū inferiorū grossorū et opacorū puta terre et aliorū corporū et relucere in luna ad modum quo relucet forma rei in speculo. Et improbat. quia qui apparet per reflexionem in speculo variatur per modū speculi vel rei apparentis. ergo macula lune non sic apparet eiusdē dispositōis. Iō quidam dicunt melius qz illa macula vel obscuritas causatur ppter dispositōem sube lune penes grossū et subtile ideo una pars lune magis et fortius illustrabilis est a sole qz alia. Quare at in luna sit tāta tanta diuersitas dispositōis et maior qz in sole et in alijs planetis designat eā huius qz forme effectū continentur in suis causis. et q̄to cause sunt

superiores tanto magis vnit continent. Et ideo sunt inferiores tanto magis sunt forme in ipsis distincte. Corpora autē celestia cause sunt horū inferiorum inter que corpora luna est infimū. et ideo in ipsa luna relucet quedam diuersitas istorū generabilium et corruptibilium. et ppter hoc h̄ tātam diuersitatem luna in suis partibus. Alij dicunt qz licet celum sit alterius nature ab elementis. in ipso tū celo reperiuntur proprietates elementorū. licet non eodē modo. sicut in ipsis elementis s̄ excellentiori modo. Inter elementa autē ignis est supremus et maximus lucidus. terra vero infimū elementū et opacum. et qz lūa inter corpora celestia est infimū iō in ea h̄ eius superficie inferiorē quodammodo reperiunt proprietates inferiorū elementorū s̄ grossitatis et tēditas. et ideo similitudinē nō est illustrabilis a sole. et ideo est obscurior. Quicquid autē sit de istis causis an vere sint tales cause dispositōis ipsius lune. solus qui ea viderit bene nouit. Et si queratur de figura illius macule seu obscuritatis. Dicitur communiter qz habeat figuram hominis. et ideo Aristoteles vocat eam faciem eū d̄ in rōne precedēt qz sp̄ est eadē facies lune d̄ vsus nos. Alterius d̄ figurā lune aliter imaginatur ymaginatur em̄ qz in inferiori superficie lune est qz d̄ leo h̄ caput versus occidentē. caudam vero d̄ vsus orientis factam ad modum fili habitis figuram trium porcionū circuli. Dem̄ imaginatur qz supra tergum eius leonis erigatur quedam arbor cuius rami a stipite incruent versus occidentem in qua incruentura apparet vnus homo sedes. sed est imaginatio fantastica. et quilibet potest suo modo aliter imaginari de figura ipsius macule lune. Nec multū valet de hoc inquisitio. Tercia ratio ad conclusiōem. si astra mouerentur motu proprio alio a motu suorum orbium cū nō mouerentur motu circūgiratiōis vel voluntatis oporteret qz mouerentur p̄gressiue per suū orbem. sed hoc est impossibile. ergo nullo modo moueri possunt motu proprio. Quod p̄ primo. qz astra nulla h̄nt organa apta ordiata ad motū p̄gressiui nō em̄ h̄nt venas musculos neqz nervos neqz aliquod instrumentū motus p̄gressiui modo mirabile videretur qz natura prouidisset animalibus de organis aptis ad motum p̄gressiuum et despecta celestia que diuina sunt non prouidendo eis de huiusmodi organis aptis ad motum p̄gressiuū cū natura nō deficiat in necessarijs nec habundat in superfluis. Tū secūdo qz astra in figura multū distāt ab habitibus organa ad motū p̄gressiuū. et a figura eorū que sic sunt apta moueri. Nam figura eorū que sic sunt apta moueri nō est

uniformis sed est varietas instrumentoꝝ ppter di-  
uersitatem angulorꝝ qđ nō puenit figure astroꝝ  
que est spherica. Et ita figuræ spherica ineptissima ē  
ad motum pgressiuū quia in motu pgressiuo mo-  
bile mouetur de loco ad locum. spherica uero nō sūt  
sic apta moueri. sed solum sic apta sunt moueri in  
suo loco et nō mouētur fm se tota nisi fm eandem  
Et ergo astra nō mouentur motu pgressiuo. et p  
consequens non habēt motum ppiū ab oriente  
in occidentem aut eōrē. sed solum sic mouentur ad  
motum suorum orbium.

**Ad rationes** Ante oppositum. Ad  
primam dicit q̄ astra  
substantiali differētia nō differūt a suis orbibus  
sed bene differētia actiuali differūt ab alia parte  
sui orbis puta p eam et densum et etiam per  
aliquas uirtutes actiualis quas habēt astra et nō  
alie ptes orbū. bene tamen in suis orbibus habēt  
aliquas motus piales quibus in ipsis mouentur  
Et similiter est dicendum ad scādam quia nō ha-  
lent magnitudinem diuisā actu a toto pmo astra  
contigua sūt et infixa suis orbibus. sed bene habēt  
aliquam figuram partialem nō completam et actu  
diuisā a toto que sequitur dispositiōnem actiua-  
lem et partialem ipsorum astroꝝ. Ad terā cō-  
cedatur q̄ luna in epycido suo circūgīratur nec hoc  
uoluit imphare Aristoteles quia talem circūgī-  
ratiōem habet in suo orbe et nō circa centrum mun-  
di mouendo ab oriente in occidentem aut eōrē qđ  
uoluit imphare Aristoteles. sed circa centū ppiū  
aut circa centum epycli circūgīrat. Et ut dis-  
cūt quidam tēp Aristotelis ad huc inuentus non  
erat iste modus motus lune in epycido. Ad quar-  
tam dicit q̄ fm rei ueritatem sol nō circūgīrat neq̄  
etiam stelle fixe scintillant. sed solum fm appa-  
rentiam ppter causam dictam in scā rōe pōnō.

**Manifestū autē ex his**

**Querit** Decimotercio dicit astra et orbes  
quibus insiguntur motibus suis  
causant sonos armonicos. Arguitur primo q̄  
sic quia uidemus corpora apud nos mota so-  
nos causare quōdo maxima sunt et uelociter mo-  
ta et multitudine plura. sed hec celestibus corpibus  
cōueniūt. Sunt enī maxima et uelocissime mota et  
multa. ergo causant sonos armonicos qđ patz pri-  
mo supponendo q̄ uelocitas motus facit sonū sua-  
uem et acutum tarditas uero grauez. Secūdo sup-  
ponitur q̄ armonia in sonis causatur fm debitam  
pporōnem numerāle sonorꝝ fm acutum et grauez.

**Secūdo** arguitur sic celestia corpora in motibꝝ  
suis habent excessum in uelocitate et tarditate fm  
debitas pporōnes numerāles. ergo soni per mo-  
tus eorū causati habent debitas pporōnes nu-  
merāles in acuto et graui. et per consequens armo-  
nici sunt. In oppositum est Aristoteles in tercio  
capitulo huius scūdi tractatus. Pro ratiōe  
**Sciendum** Primo q̄ post Aristotelem  
ales egit de motu astro-  
rum. consequenter inquit d̄ sono quoniam sonus  
est effectꝝ motus localis ut habetur scūdo de aia.

**Sciendum** Secūdo q̄ pythagorici p-  
pter ratiōes tactas an-  
te oppositum dixerūt astra et orbes motibus suis  
sonos causare armonicos multū delectabiles et de-  
lectabiliores q̄ quicūq̄ soni hic inferius facti. Et  
mouebantur sic dicere ex ratiōe tacta ante opposi-  
tum. Et cum eis obuiabatur q̄ tales sonos nos de-  
lectamus audire cum sint fm eos maximi quod nō  
facimus. Respondent q̄ tales sonos non percipi-  
mus ppter consuetudinem sonorum audiendi quā-  
do confestim a natiuitate nobis coexistunt et si  
ne interruptione silentij ad quod simile inducūt de  
malleatoribus qui etiam ppter consuetudinem au-  
diendi sonos suorum malleorū huiusmodi sonos  
non discernūt neq̄ diiudicant se eos audire. Sed  
hanc solutiōem seu huiusmodi simile impugnat aris-  
totiles. Primo quia si huiusmodi sonos non sens-  
ciamus et ab eis per auditum nihil patimur tamē  
cum sint maximi deberent inanimata corpora ab  
eis maximas pati uolentias. et ita deberent peni-  
tus esse destructiui omnū inferiorum corporū. ui-  
demus enī magnos sonos ut tonitruorum uolē-  
tias magnas et passiones inferre corporibus ual-  
de duris puta lapidibus lignis et edificijs. Et hoc  
magis contingere deberet de sonis celestium si ali-  
qui essent. Secūdo obiicit Aristoteles. cōtra file inductū  
q̄ sicut malleatores sonos malleorū suorū non sen-  
tūt ita neq̄ minores sonos nō capiūt. ergo si so-  
nos celestium corporū ppter consuetudinē nō senti-  
amus cum illi fm pythagoricos maximi sint a so-  
tiori neq̄ quosūq̄ alios sonos percipere debēt. et  
ita leuis et irrationabilis est solutiō istorū pytago-  
ricorū ad obiectiōem inductam. Tūc ponitur

**Cōclusio** In sua ad questum contra  
eos q̄ scilicet neq̄ astra neq̄  
orbes motibus suis causant quosūq̄ sonos. pbat  
q̄ ad hoc q̄ aliqđ corpꝝ motu suo causet sonū op-  
tet ipsum facere plagā ut habet Aristoteles hoc ē  
motu suo diuiderē et seangere aliqđ medium citius  
D. i.

frangi dēteret ita q̄ velocitas motus quodam mō p̄ueniat mediū diuisionem quare oportet cor pus motu suo causans sonū moueri p̄ mediū diuisibile quā p̄ter dicit Aristoteles sc̄do de anima q̄ sonus solum fit in aere vel in aqua tanq̄ in p̄prio susceptiuo. sed ortes celestes diuisibiles sūt neq̄ mouentur p̄ mediū diuisibile. Similiter astra cū nō mouētur motu alio a motu sui orbis sic q̄ nō mouentur p̄ ortem suū tanq̄ p̄ mediū aliq̄ diuisibile neq̄ p̄ aliquod aliud mediū diuisibile ex̄tis inter ortes sequitur q̄ neq̄ astra neq̄ ortes motibus suis causant quoscuq̄ sonos

**Ad ratōnes** Ante oppositū. Ad pri maz dicitur q̄ illa tria nō sufficiūt ad hoc q̄ aliqua corpa localiter mota motib⁹ suis causant sonos. sed ultra requiritur q̄ moueantur per se p̄ aliquod mediū diuisibile et frāgibile q̄ nō uenit orbibus neq̄ etiam astris. q̄a astra nō mouentur p̄ se sed infra orbi mouentur ad motum orbis sicut mouetur clau⁹ in fix⁹ rote ad motum rote de quo manifestum est q̄ sonū nō facit quīs rota sonū faceret. Similiter nauis mota in fluijs si solum moueatur motu fluij et nō velocius q̄ fluij mouet non causat sonū in fluijo quīs tūc p̄tes nauis superistentes in aere sonum causarent quod sic contingere nō potest de astris. Astra etiā mouentur in suo orbi et non velocius q̄ orbis. et sic mouentur solum ad motum orbis quare in orbe sonū causare nō possunt. Nulla etiā p̄ astra extra orbem extenditur in aliquod mediū q̄ sit inter ortes. et iteo nō potest ibi causari sonus quare nullo mō astra causare possunt sonū. Et per hoc patet solutō ad id quod adducebatur de armonia. quia armonia p̄supponit sonū. id ex quo nō causat sonū neq̄ armoniam.

**De ordine autē ipsoꝝ**

**Querit** Decimoquarto vñ ortes superiores et p̄miores sup̄remo celo mouentur velocius motu diuino distantiorib⁹ et tardius motu p̄prio. Arguitur primo q̄ nō q̄ omnes ortes motu diuino vñ circuli in equali tempore p̄ficiūt. ergo etiā in equali motu mouent motu diuino. Sc̄do sic corpus q̄to est maius tāto velocius mouetur ut habet in sc̄do capitulo hui⁹ tractatus. Sed ortes p̄miores sunt maiores. ergo dēter velocius moueri distantioribus. In op̄positum est philosophus in 1a.

**Sciendum** Primo q̄ postq̄ aristoteles egit de natura et mo

tu astroꝝ. cōse q̄nter inq̄rit q̄ vltim⁹ p̄ceda sūt tōne naturali de ipsis astris et orbibus eoz. et quep̄ quiri nō possunt tōne naturali. sed ab astrologis p̄supponi dēter. Dicens q̄ ordo orbium et planetarū qui sunt superiores et qui inferiores et etiam distantia eoz ab inuicem et numerus eoz supponēda sūt ab astrologis nec possunt sc̄ri ex p̄micipijs naturalis p̄hie. Sed quare quidam planete velocius mouentur vno motu et alij tardius potest p̄quiri ex tōne naturali tñ p̄ter bonitatem doctrine de nōo orbium et ordine eoz aliqua dicitur in questione p̄fenti. Pro quo sit

**Conclusio** Prima p̄ter septem planetas necesse ē ponere septem ortes inter se distinctos et ab orbe stellarum fixarum. p̄batur quia exptum est septem planetas variari in p̄pinq̄tate et distantia ab inuicem et etiam a stellis fixis. Et cum astra motu tali sc̄lis et ab oriente in occidēs aut dētra non mouētur motu p̄prio ut dictum est sequitur q̄ oportet septem planetas esse in septem orbibus a se inuicem distinctis et etiam ab orbe stellarū fixarum.

**Conclusio** Secūda omnes stelle fixe sc̄ in firmamento. patet q̄ semp̄ se habent in eadē p̄pinq̄tate et distantia ab inuicem. ergo sunt in vno et in eodem orbe. Cōsequētia tenet quia si essent in diuersis orbibus illi diuersi ortes nō possunt moueri equali velocitate s̄m suos p̄prios circulos eo q̄ superiores sunt semp̄maiores et tūc stelle fixe variarentur in p̄pinq̄tate et distantia ab inuicem quod nūq̄ visum est. ergo stelle fixe sunt in vno orbe qui orbis firmamenti nūcupatur. et ab Aristotile ponitur primū celum p̄ter duas causas. Vel quia suo tempe nondum erat ceptum illud celum moueri pluribus motibus quare nō erant inuēti celi superiores vel quia inter ortes visibiles ille ē primus. et sic iam habentur octo ortes sc̄licet stellarū celum. et septem ortes planetarum quozum septem orbium numerus habetur per istum v̄sum. Unde v̄sus. Post s̄m s̄m sequitur vltima luna subest. Autoꝝ autem ex s̄pera ponit nouū orbem supra firmamentum. quia posuit firmamentū moueri duobus motibus. Sed Ptholomeus quez in sequitur Aluerus supra firmamentum posuit duos ortes et s̄m eum sunt decem ortes. Pro cuius probatio ne supponitur primo exptum fuisse firmamentum moueri tribus motibus sc̄licet motu diuino ab oriente in occidēs quo peragit̄ circulum in v̄gintiquatuoz horis et motu accessus et recessus quo p̄ficiat

unum gradum in octuaginta annis et mouentur alio motu ab occidente in orientem circa axem zodiaci qui motus est sibi proprius et secundum istum motum gradum unum gradum in centum annis. Et cum in toto zodiaco sunt duodecim signa et quodlibet signum habet triginta gradus ideo complet suum circulum huius motu in triginta sex milibus annorum hoc suppositum. Supponitur secundo quod unius orbis simplicis est tamen unius motus simplex secundum naturam propriam. Dupponitur tertio quod motus conueniens alicui preter naturam aut supra naturam necessario conuenit alicui corpori secundum naturam. Quarto supponitur quod motus conueniens alicui corpori inferiori secundum naturam propriam non conuenit superiori secundum naturam sed bene e contra. Quinto supponitur quod in celestibus nihil est violentum. Ex istis suppositionibus sic arguitur firmamentum mouetur tribus modis. ergo oportet quod duo illorum motuum sibi conueniant supra naturam aut contra naturam per se alicuiam suppositionem sed non contra naturam quia semper sibi conueniunt. Modo nullum violentum perpetue durat. ergo conueniunt ei supra naturam et per consequens oportet quod conueniant secundum naturam aliis duobus corporibus per tertiam suppositionem et non inferioribus per quartam. ergo superioribus et per consequens supra celum stellatum sunt alij duo celi mobiles et sic sunt decem orbis celestes et hoc communiter tenetur. Unde primus motus est causa uniformitatis et permanentie rerum. motus autem accessus et recessus applicat esse ad materiam sed motus firmamenti est causa duracionis rerum et diuersitatis et motus planetarum est causa complexionum diuersarum in materia et sic aliquantulum patet numerus et ordo istorum orbium.

**Conclusio** Tercia et responsiua ad questum quanto orbis sunt propinquiores supremo orbi tanto diuino velocius mouentur et motu proprio tardius. prima pars patet quia propinquiores primo celo equali tempore motu primi mobilis describunt maiores circulos ergo velocius mouentur. Secunda pars patet quia ut dictum est celum stellatum motu proprio solum facit unam circulationem in triginta sex milibus annorum. Saturnus in triginta annis. Iupiter in duodecim annis. Mars in duobus annis. Sol venus et mercurius quasi uniformiter in uno anno. Luna in uno mense. Causam vero utriusque partis conclusionis assignat Aristoteles quia quanto aliquis orbis est propinquior supremo tanto supremus magis preualet in ipso. et ideo velocius

uolens mouet ipsum motu diuino. Et quanto velocius mouetur motu diuino tanto tardius mouetur motu proprio quia motus diuinus est ab oriente in occidentem motus autem proprii planetarum sunt ab occidente in orientem et quodammodo sunt contrarii motui primi mobilis. Sed contra hoc aliqui obijcerunt quia secundum Aristotelem sol immediate ponitur supra lunam et tamen motu proprio aliquantulum mouetur tardius quam venus et mercurius qui sunt superiores sole secundum ipsum. Dicendum quod quibus secundum ordinem situs sol sit inferior quam venus et mercurius secundum opinionem Aristotelis. tamen secundum ordinem perfectionis sol est superior. Dicitur ultra quod in hoc communiter non tenetur Aristoteles primo tenetur quod sol est supra mercurium et uenerem. Nec ualet quod aliqui obijciunt quod tunc sol deberet eclipsari per mercurium et uenerem sicut per lunam. Ad hoc responderetur quod corpus minus non potest eclipsare corpus maius nisi in ordine ad illud quod potest cadere sub umbra et pyramide radiosa corporis minoris. Quibus enim venus et mercurius quandoque sunt inter aspectum nostrum et solem quia tamen sunt multum minores quam sol et multum distantiores a nobis quam luna. ideo umbra eorum non potest perungere ad nos et sic non eclipsant nobis solem. Sed quibus luna octuagesies octies sit minor sole quia tamen est prope nos bene cadit in eam umbram eius et ideo eclipsat nobis solem. Vel aliter dicitur quod venus et mercurius sunt planete transparentes et non ita grossi sicut luna. ideo non sufficiunt eclipsare solem impediendo lumen solis ne ad nos peringat quemadmodum luna propter suam obscuritatem et grossitatem. Item obijceret aliquis contra causam conclusionis assignatam ab Aristotele quia Aristoteles uerbis suis uidetur innuere quod a supremo celo inferatur quedam violentia orbibus inferioribus quod tamen non potest dici cum semper moueantur motu diuino. Omissis uariis modis respondendi in hac materia responderetur secundum opinionem sancti Thomae quod in uniuerso est duplex natura scilicet nature scilicet nature sempiternae permanentie et uniformitatis que maxime est in substantiis separatis et naturam generabilem et corruptibilem que est in istis inferioribus corporibus. Corpora autem celestia cum sint media inter utraque naturam participant aliquantulum utraque naturam secundum duos motus. Nam primus motus qui diuinus est est causa sempiternae duracionis et uniformitatis in rebus. Secundus uero motus qui est in obliquo circulo ab occidente in orientem est causa generationis et

corruptio et aliarum transmutationu corporu inferiorum. Primum ergo mobile tanquam nobilissime nature et pinguissime substantiis se patis habet dicitur ad primum motum qui pertinet ad naturam uniformitatis. Alia vero corpora celestia in quantum recedunt a naturis immobilibus appropinquando substantiis generabilibus et corruptibilibus aliquo participat de illo motu qui pertinet ad naturam difformitatis et tanto minus participat de illo motu quanto corpus est superius et nobilius. Sic ergo superiora planeta scilicet saturnus plus habet de primo motu et minus de secundo quam alios planetas propter sue nature propinquitatem ad primum mobile et ideo motus lune propter propinquitatem sue nature ad corpora generabilia et corruptibilia plus participat de secundo motu et velocissime movetur illo motu et minus habet de primo. Medij autem planetae medio modo se habent secundum propinquitatem et distantiam ad utramque naturam. Nec tamen oportet quod sit proportio velocitatis et tarditatis istius secundi motus in ipsis planetis secundum proportionem distantie ad substantias immobiles et incorruptibiles. et huius ratio est quia motus celestes non sunt omnino naturales sed etiam voluntarii et propter finem desideratum. Et ideo in quantum illi motus sunt naturales proportio velocitatis et tarditatis communiter inveniuntur in eis quod scilicet planetae superiores tardius moventur motu secundo. sed in quantum motus eorum sunt voluntarii variatur proportio velocitatis eorum non secundum proportionem distantie. sed quodam speciali modo secundum illud quod est melius sive secundum exigentiam finis talis motus. Et ideo quia talis motus veneris et mercurij deservunt motui solis ad productionem sui effectus. ideo quasi uniformiter moventur hoc motu cum sole. His premisis respondetur ad objectionem quod licet suprema sphaera maxime prevalat in propinquitate et minus in remotum. Illud tamen non est intelligendum secundum aliquam coactionem aut violentiam. quia nihil quod a superioribus ad inferiora procedit est contra naturam inferiorum. sed est intelligendum quod plus prevalat secundum naturalem impressionem in quantum secundum naturam et motum superioris orbis magis participat id quod est propinquius quam quod est remotius ab eo. et secundum hoc salvatur principium Aristotelis quod licet cuilibet planetae insit uterque motus scilicet tam divinus quam proprius ille scilicet qui est in obliquo circulo. tamen motus divinus potest dici naturalis cuilibet planetae secundum id quod est dignius in natura planetae. Et secundum hoc salvantur principia Aristotelis quod maius corpus

velocius movetur motu naturali quam minus sicut et etiam in homine in quo est natura sensitiva et intellectiva nos dicimus quod quanto magis homo habet de natura dignioris nature scilicet intellectivae tanto est dignior et minus habet de motu indignioris nature scilicet sensitiva. Et per hoc solvitur secunda ratio ante oppositum.

**Ad rationes** Ante officium ad primum dicendum quod licet omnes orbis in equali tempore ita moveantur tamen adhuc velocius moventur orbis superiores hoc motu quam inferiores. quia maiores circulos describunt hoc motu in equali tempore quam inferiores. Secunda immediate fuit soluta.

**Figurae autem uniuscuiusque**

**Queritur** Decimo quinto utraque sunt sphaerice figurae. Arguitur primo quod non quia figura accipitur propter motum. sed astra nullum habent motum proprium ut probatum est prius. ergo nullum astrum habet figuram propriam. Secundo arguitur sic pars circuli non est circulus. ergo a simili cum astra sint partes corporum sphaericorum et orbium non erunt sphaerica. In oppositum est propositum in quinto capitulo huius tractatus.

**Sciendum** Primo quod postquam propositum deservit de natura motu positione et differentia velocitatis et tarditatis motus astrorum quantum naturali philosopho convenit consequenter agit de figura ipsorum astrorum quoniam etiam figura dicitur in cognitionem naturae rei. **Iuxta hoc sit.**

**Conclusio** Responsiva ad questionem rationabile est figuram uniuscuiusque astra esse sphaericam. probatur primo ratione. secundo ex his que apparent sensui. Ratio sic natura nihil facit frustra igitur cum astra non sint quae nata moveri hoc est motu progressivo ut prius probatum est. sequitur quod natura dedit ipsis astra talem figuram que nunquam aperta nata est ad talem motum progressivum. quia propter eius uniformitatem nulla secum potest pati organorum distinctionem. que tamen organa necessario requiruntur ad motum progressivum. ergo magis rationabile est naturam ipsis astra dedit figuram sphaericam. Si huius ratio non obiceret aliquis. quia Aristoteles prius probavit astra non posse moveri motu progressivo per hoc quod sunt sphaerice figurae. et nunc ea ostendit esse sphaerica per hoc quod non sunt nata moveri motu progressivo. ergo videtur in suis rationibus facere circulus. Ad

*Handwritten marginal notes:*  
 Huius est...  
 no movetur...  
 propter...  
 ad illud...  
 quod...  
 ad illud...  
 propter...  
 quod...  
 ad illud...  
 propter...  
 quod...  
 ad illud...

hoc respondet Alexander q̄ Aristoteles prius pro-  
bavit astra nō moueri motu p̄gressiuo nedum per  
illud medium sc̄z q̄ sunt sphericę figure v̄z etiā plu-  
ribus alijs medijs. Sed huic responsioni Simplicius  
p̄h̄us obicit quia non impeditur ratio demonstrati-  
onis circularis per hoc q̄ v̄traz conclusio pluribus  
medijs ostenditur. et ita videtur Aristoteles semp̄  
demonstrare circulariter. Ideo dicit beatus Thomas  
cum simplicio q̄ per hoc non impeditur ratio demō-  
strationis circularis. Remouetur tñ in cōueniens  
p̄pter quod impugnat demonstratio circularis sci-  
licet q̄ idem sumatur tangens notius et ignocius in  
eodem. Si enim pluribus medijs ostēsa fuerit vna  
conclusio. illa cōclusio potest fieri manifestior vno  
illoz extremozum per se sumpto. et ita sumitur  
ad manifestatōnem planiorem eius. et isto modo  
cōueniens est vti circulo in demonstratōibus. Se-  
cundo probatur conclusio ex his que sensui appa-  
rent quia cum astra sint vnius nature similiter se  
habent omnia astra ad figuram. sed ex his q̄ sen-  
sui apparent manifestum est vnū astrozū cē spe-  
ricum puta lunā. ergo omnia astra sūt sphericā. Quia  
autem luna sit sphericā ostendit Aristoteles dupli-  
ci signo. Primo quia crescit et decrescit s̄m aequa-  
les p̄portiones. ergo luna est sphericā. Antecedens  
patet quia cum luna directe cōiungitur soli totum  
eius supremū hemispheriū illustratur a sole. et totū  
inferius reminet obscurum. sed cum incipit recede-  
re a sole pars ex notiora sole superius incipit ob-  
scurari et inferius pars inuenta quantitate ex op-  
posito incipit illustrari quousq̄ veniat ad quartam  
partem circuli ad quam cum p̄uenierit media  
pars superioris hemispherij est clara et alia est ob-  
scura. et ita etiam est de parte inferiori lune. Et  
ergo dicitur dyathomos a dya quod est duo et tho-  
mos diuisio. quia v̄traz eius hemispherium est di-  
uisum in duo media per clarum et p̄ obscurum. De-  
inde cum astra pars magis recedat maior pars  
inferioris hemispherij illustratur et maior pars supe-  
rioris obscuratur quousq̄ veniat ad medietatē cir-  
culi. et ergo dicitur amphitricos. et cum p̄uenierit  
ad medium circuli totaliter est oppositū soli. et tñ  
dicitur p̄amphilenos id est tota lucens et plena q̄  
totum eius inferius hemispherium est lucidum et to-  
tum superius est obscurum. Deinde per alium sem-  
circulum incipit moueri iterum accedendo ad solem  
et tñ hemispherium inferius incipit obscurari et su-  
perius illustrari s̄m easdem p̄portiones s̄m quas il-  
lustratur inferius recedendo a sole. et s̄m hoc in ac-  
cessu vel recessu dicitur dyathomos et amphitricos

hec autem non possint cōtingere in luna s̄m q̄ cre-  
scit vel decrescit aequaliter nisi ipsa cēt sphericā. De-  
cūm signū est quia eclipsis solis fit s̄m figuram  
aequalē. ergo cū fit per interpositōnem lune inter  
aspectum nostrum et solem necessario oportet lunā  
esse sphericā. quia p̄rium sphericozū corpo-  
rum est aequaliter se interfecare. Sed hic est r̄nū  
dubium circa maiorē huius rationis tacte in qua  
dicebatur q̄ astra sunt vnius nature s̄m speciem  
et nō differūt nisi numero. Queritur an ita sit  
Ad hoc respondet Averroys q̄ astra sunt vni⁹ na-  
ture s̄m speciem. Sed istud stare non potest. pro-  
batur quia illa que sunt vnius spei dei habent eas-  
dem operatōnes s̄m speciem et eosdem effectus ut  
patet in omnibus rebus naturalibus quod tamen  
non contingit de astris. Secūdo motus corporozū  
celestium sunt sibi naturales. ergo si omnia essent  
vnius speciei deberent habere motus vniiformes  
quod tamen patet e se falsum tam de planetis cō-  
paratis inter se q̄ de stellis fixis comparatis ad  
planetas. Tercō multiplicatio indiuiduozum sub  
vna specie non euenit nisi per aliquam imperfectio-  
nem ut puta q̄ species non possunt perpetuari in  
vno indiuiduo quare requiritur successio plurimz in  
indiuiduozū ut perpetuetur. quia in vno indiuiduo  
nō potest regeri perfecta operatio illius speciei si-  
cut vnus homo non potest acquirere scientias sine  
iunamine alterius. Constat autem q̄ quilibet or-  
bis celestis est perpetuus et incorruptibilis et ad su-  
os motus non indiget alio quantum est ex parte  
sui. et ideo quilibet orbis est perfectus et per conse-  
quens perfectiōnem eius repugnat multitudo indiui-  
duozū sub vna specie. Itē quarto multitudo spe-  
cietum perfectior est cum sit formalis q̄ multitudo  
indiuiduozū que est materialis. Cum ergo corpo-  
ra celestia sunt perfectissima cōuenientius est ea  
differere specie q̄ numero. Et sic cōuenientius ē dis-  
cere q̄ orbis celestes differant specie et q̄ astra q̄  
sunt in diuersis orbibus non differūt solum nume-  
ro sed etiam specie. Nec valet ratio Averrois qui  
sic arguit. si diuersa corpora celestia essent diuersę  
species contentę sub genere oporteret in eis ēē ma-  
teriam. Dicendum q̄ nō est in cōueniens ponere ma-  
teriam in celo. et tamē verum est q̄ talis materia  
nō est subijabilis generatiōni et corruptōni. Argu-  
mētum em̄ averrois magis cōtra ipsum facit q̄ cō-  
tra veram positōnem. q̄ patet quia si corpora cele-  
stia solum numero differrent et euenient in specie  
multo magis sequeretur q̄ in ipsis sit materia q̄  
si dicatur q̄ spei differūt et eueniūt in genere quod

patet quia multitudo individuorum sub una specie non fit in corpore nisi per diuisionem materie.

**Ad rationes** **A**nne oppositum. ad primam dicitur quod de ratione corporis celestis est quod sit figuratum. et ita necesse est omnem corpus habere figuram. sed non est de eodem corporis habere motum proprium. Vel aliter dicitur. et melius quod licet astra habeant figuram sphericam non tamen actu diuisam et separatam a figura totius. ideo etiam non habent motum proprium secundum actum a motu totius distinctum. quo terra circueant sunt tamen aliqua astra que habent in suis orbibus aliquos motus proprios in suis epiciclis. **A**d secundam dicitur quod in plano per circuli non est arcus. et hoc diuidendo circulum per tres arcus sphericam circuli. quod dicitur per rationem quod etiam in planis intera maiorem circuli describitur per minorem que possit dici per maiorem que intera maiorem retentus est. Et ita similiter si per orbem celestis diuideret per tres arcus sphericam in tres equales non esset completus. orbis tamen in ipsa superficie reuera aut reuera posset bene de se. b. orbis completus. et sic est de astris in suo orbe.

**Queritur** **D**ecimo sexto dicitur motus orbium celestium debeat multiplicari secundum proportionem distantie. Unde dicitur quod orbis ad supremum celum ita quod sicut primum celum mouetur uno motu. et secundum duobus. et tertium tribus. et quartum quattuor. debeat proportionabiliter fieri multiplicatio motuum in alijs motibus secundum proportionem distantie ad primum celum. Ita quod quintum celum moueat quinque motibus et sex tamen sex et sic deinceps. Et arguit primo quod sic quia sicut est in primis quattuor orbibus ita dicitur esse in alijs inferioribus. sed in quattuor primis motus multiplicati in alijs ergo. **D**ecimo sic quod aliquo est perfectius tanto paucioribus indiget. et quod aliquo est imperfectius attendit secundum ordinem distantie ad primum orbem. et per consequens sit perfectius. ergo quod aliquo est perfectius primo paucioribus motibus dicitur moueri. Et quanto distantius tanto pluribus.

**In oppositum** **E**st phisus in ultimo et status ubi mouet et soluit duas questiones quas vocat difficillimas. quarum una est prima questio et secunda tangitur infra. Pro declaratoe prime questionis supponendum est primo ex dictis quod decem sunt orbis celestes quorum decimus mouetur unico motu. scilicet diuino. Nonus vero duobus. scilicet motu diuino et motu accessu et recessu. Et octauus qui dicitur sic nomen mouetur tribus motibus. scilicet diuino et motu accessu et recessu et etiam motu proprio ab occidente in orientem supra polos

axis ipsius zodiaci. Et iste orbis ab Aristotile dicitur primum esse duas causas in secunda conclusionem decimeque questionis dictas. Vel posset huius assignari alia causa. quod ut habetur duodecimo metaphisice orbis non habentes astra sunt propter orbis habentes astra. Et ergo duo primi celi non habentes astra sunt propter alios celi habentes astra. scilicet firmamentum et propter septem celos septem planetarum et maxime propter celum stellatum. Et tamen istud non placet pluribus et absurdum videtur quod dignus et nobilissimus non est propter indignum et ignobilissimum. ideo duo supremi celi sunt digniores eo quod continent alios. Et istud cepit Aristoteles ab aliquibus astris logis sui temporis qui vni astra bene attribuerunt plures orbis. Et ideo in nono et decimo orbibus cum nullum sit astrum in eis secundum illos astris logos nonus et decimus ordinantur in ipsum celum stellatum. et deferuntur astra celi stellati motibus illorum duorum orbium et etiam motu celi stellati. Et ideo propter illam causam forte Aristoteles vocauit celum stellatum primum celum. quod superioris celi ordinatur in ipsum tanquam in celum dignum propter dignitatem suam primum. scilicet astra. Et rationabilis videtur ordinem quod qualis est ordo in sibus orbium talis est ordo in perfectione quod in partibus essentialibus vniuersi si mensuris est semper formalis proportio. et licet in decimo et nono orbibus nullum sit astrum tamen in eis sunt alique virtutes digniores propter proportionem ad substantias separatas que sunt virtutes astra. si bene videtur quod in orbe habente astra. astrum est dignior per sui orbis eo quod residet virtus sui orbis in astra. Quartus vero orbis scilicet saturni. et quintus. scilicet iouis et sextus sicut martis ab astrologis qui sequuntur sunt Aristotile et nunc ceteri tenentur primum ad astra illorum orbium ponuntur moueri quattuor motibus. Saturnus vero mouetur motu diuino ab oriente in occidentem ad motum primum mobilis et motu proprio sui orbis ab occidente in orientem et motu sui eccentrici et motu sui epicicli. sicut est ordinem de ioue et martis. Sol vero qui est in quarto celo mouetur solum tribus motibus. scilicet motu sui eccentrici motu proprio et motu diuino. Venus vero et mercurius quattuor motibus sicut et planetes superiores sole. si luna preter illos quattuor motus. et alium motum quod circumagrat in suo epiciclo. et isti sunt motus que a modernis astrologis attribunt orbibus celestibus et planetis. Et sic patet quod non sicut multiplicat motus orbium celestium secundum proportionem distantie orbis ad supremum celum. Et ex hoc patet intellegi quod prima questio. Aduertendum seculo quod in solutione prime questionis pruenit difficultas quod eodem modo volumus assignare ordinem in motibus orbium celestium sicut in inferioribus que solo ipso nate mouentur non ab aliquo intellectu. et ideo de his corporibus inferioribus magis dicitur quod aguntur quam

quod agunt. cum tamen ordo utriusque non debet con-  
 similitudine attendi. quod celi est animatum et ad minimum mo-  
 uetur ab anima agnoscere et mouere propter finem. et ideo  
 sicut in alijs agentibus propter finem assignatum sunt rationes  
 pluralitatis actionum. et diuersitatis in partibus ex  
 parte finis. Ita in celo est assignata ratio ordo plura-  
 litatis et diuersitatis motuum ex parte finis

**Conclusio** *Conclusio* ad presens questionem. si  
 oportet motus orbium mul-  
 tiplicari modo expresso in titulo questionis probatur. quod orbis  
 celestes non mouentur solo imperio nature. ergo non de-  
 bent abundare et deficere in motibus secundum ordinem perfectio-  
 nis et imperfectiois. sed quod mouentur ab intellectu agnos-  
 cente et mouentur propter finem oportet abundare aut de-  
 ficere in motibus secundum exigentiam finium quos attingunt  
 ipsi orbis celestes per suos motus. Nec oportet per  
 perfectiora paucioribus motibus moueri quam imperfectio-  
 ra. sed hoc solum habet veritatem in his que ordinantur ad unum  
 et eundem finem. Et ut intelligatur hoc ordinem et plurali-  
 tatis motuum celestium. Notandum est cum Aristo. quod si  
 aut in quodam genere entium puta in genere animali-  
 um recipiunt diuersi gradus animalium ad perfectum bo-  
 num animalis. ita in uniuerso ad perfectum bonum uniuersum  
 recipiunt multi gradus entium. Unde perfectum bonum ani-  
 malis est sanitas. et ideo in primo gradu sunt animalia  
 sana que se sana et habent sanitatem absque ulla mutatio-  
 ne et motu. In secundo gradu recipiunt animalia que consequuntur  
 sanitatem unice actione aut motu ut puta per am-  
 bulationem. In tertio gradu recipiunt animalia que consequuntur  
 sanitatem pluribus actionibus puta ambulatioe euacuatioe  
 sequi uentis et sic de alijs. In quarto gradu recipiunt  
 animalia que non possunt consequi sanitatem. sed bene consequuntur  
 aliquo ordinatum ad sanitatem. scilicet aliqua meliori dispo-  
 sitione. et licet ista que paucioribus motibus mouentur quam ea  
 que sunt in tertio gradu. tamen sunt imperfectiora eo quod non at-  
 tingunt perfectum bonum animalis. Sed in ista ista quatuor  
 gradus pro aliqua paucioribus motibus mouentur  
 et attingunt istam dispositionem tanto perfectiora sunt. sicut etiam  
 in his que attingunt perfectum bonum pro paucioribus  
 motibus attingunt tanto perfectiora sunt. Sed in quarto  
 gradu recipiunt ea que neque sanitatem neque ad aliquo ordi-  
 natum ad sanitatem consequi possunt. et ista ma-  
 nent immobilia. Et sic in istis que gradibus illa que  
 sunt de primo gradu sunt immobilia propter sui perfectionem  
 Ea uero que sunt de ultimo gradu sunt immobilia propter  
 sui imperfectioem. Et conformiter ad istos gradus queque re-  
 ceptos in genere animalium possunt distinguere queque gra-  
 dentium in uniuerso. Unde perfectum bonum uniuersi est esse perpetuum  
 et permanens. esse autem successuum generatiois et  
 corruptiois ordinatum est in primo bonum. quod ad hoc  
 ordinat generatioes et corruptioes ut ea que in uno

indiuisio preterire non possunt per successionem generatiois  
 ins peruenit in seipsum et sic esse successuum ordinatum est  
 in perpetuum. Sicut ergo in immobili modo recipiunt in or-  
 dine animalium queque gradus in ordine ad sanitatem  
 sic in toto uniuerso possunt recipere queque gradus entium  
 in ordine ad esse perpetuum. Unde in primo gradu recipiunt  
 prima causa que non eget aliqua perfectione ut perfectum bonum  
 attingat. ideo dicitur in textu quod prima causa. scilicet deus habet  
 istud bonum. et quo ad alias intelligentias dicitur quod pri-  
 cipat illud bonum. In secundo gradu ponitur primum ce-  
 lum quod unico motu propter eius perfectionem et spinning  
 tate ad primam causam attingit esse perpetuum. In tertio gra-  
 du recipiunt plures superiores sole que pluribus motibus istud  
 esse attingunt. Sed in quarto gradu recipiunt sol et pla-  
 nete inferiores que suis motibus non attingunt esse per-  
 petuum. sed aliquo ordinatum ad ipsum. quod tantum generatioem  
 et corruptioem. et licet quilibet planeta inferior sole or-  
 dinetur ad eandem generatioem et corruptioem. tamen sol est  
 primus planeta inter istos planetas que huiusmodi esse suc-  
 cessuum attingunt. et ideo ipse sol magis abundat in  
 lumine et paucioribus motibus mouetur quam inferiores  
 planete. sicut etiam celi stellarum propter sui perfectionem  
 abundat in lumine. sed deficit in motibus. Sed in quo  
 gradu recipiunt elementa et potissime terra que esse  
 perpetuum non attingunt. nec aliquo ordinatum ad ip-  
 sum. sed dumtaxat passiuum. Et sic patet quod neque ratio-  
 nabile est motus corporum multiplicari nisi secundum  
 modum et numerum explicatum in corpore questionis et  
